# BALDI ANGELI ABBATII MEDICI PHYSICI EUGUBINI

*DE ADMIRABILI VIPERæ natura, & de mirificis ejusdem facultatibus Liber.*

AD SERENISSIMUM FRANCISCUM MARIAM II. URBINI DUCEM VI.

*M.D.* 

*CIII.*

NORIBERGÆ

Recusus, sumptibus & typis Sebastiani Heusleri.

Garman



# SERENISSIMO FRANCISCO MARIÆ II. URBINI VI. DUCI OPTIMO AMPLISSIMOQUE.





*Urea & percelebris Platonis Philosophorum sapientissimi confirmata & plenè comprobata sententia, in te unicè fuit,* SERENISSIME PRINCEPS, *felicissimè scilicet actum iri cum regno, ubi vel Rex ipse philosopharetur, ac doctrina animum suum excoleret, vel sapientes & eruditos homines constitueret, qui totius regni administrationem fidelissimè & sapientissimè gererent. Id utrumq; effectum est abs te miro ipsius regni plausu, & universali gentium acclamatione. Plato idem solidioris doctrinæ fons, duo philosophiæ munera atque officia esse voluit, nimirùm divina nosse, & humana gubernare, & tùm demùm felices ac beatas fore Respublicas & Regna significavit, cum Rex divini cultus, cælestiumque rerum cogni-*

*tionem haberet, optimaque institutione leges administraret, vel prudentibus viris hoc exequendum mandaret, & publicis commodis consulens populos in officio contineret. Hæ sunt quidem duæ anchoræ, quas ad confirmandam navium dimittendas Thebanus ille censebat. Hæ sunt nutrices geminæ, quas Jovi suo antiquitas apponebat. Hæ, & Adrastia recti moderatrix una, Sancti justique tributrix altera. Has ad regnorum gubernationem conservationemque necessarias judicavit antiquitas. Virtutes istæ, quæ tutiores, firmioresque sunt, quam illæ quibus Græciam Philippus Macedoniæ Rex à se teneri cohercerique asserebat; hæ certè virtutes (inquam) tibi divinitus datæ sunt: Imperium tuum,* SERENISSIME DUX, *mirandum in modum exornant, ac nomen, gloriamque tuam latissimè vagari permittunt: Et hinc est quòd inter præcipua hujus seculi ornamenta ferè solus cumulatissimis laudibus eveharis; In quibus nunc immorari mihi non licet: Illas enim quanto magis conarer extollere, eò minùs assequerer. Cæterum, quoniam Medicinam tantopere tibi placere significasti, eamque scientiam retinere cum multis Regibus percuperes, id etiam summa cum ratione facis: Commodum enim Adamus omnium parens lapsus erat, cum ab ipso* DEO *Medicina tradita fuit: Etenim quemadmodum anima se noxæ & morti subjecit Cacodæmonis astu & invidia; ita corpus varijs statim morbis & morti obnoxium fuit; ut verè cum Poëta dicere possim; & prosilit agmine facto morborum omne genus. Propterea Dominus fragilitatis humanæ misertus, communi saluti salutari pœnitentia, & potissimùm misericordia sua subvenire constituit. Corporis verò imbecillitati medicinam & medicum rationis participem creavit, eiq; lumen præbuit, & notas ostendit, ut herbarum, lapidum,*

*minera-*

*mineralium ( ut ita dicam ) animaliumq; omnium proprietates cognoſcens, morbis ipſis curationem adhiberet. Quamobrem in Eccleſiaſte hoc ad verbum conteſtatum fuit; omnis medela à* DEO *eſt; & iterùm: Altiſſimus de terra creavit medicinam, & vir prudens non abhorrebit illam; item præcepit: honora medicum: propter neceſſitatem enim creavit eum Altiſſimus. Et iterùm: Da locum Medico; etenim illum Dominus creavit, & non diſcedat à te, quia opera ejus ſunt neceſſaria. Monet quoq;* DEUS *vegeto corpori Medicinam afferri; ante languorem ( inquit ) adhibe medicinam; quid aliud hoc innuit, quàm medicamentis uti oportere, & corpus tueri, quo minùs in morbum incidat? Illud unum mihi venit in mentem vehementer admirandum, ſerpentis aſtu in orbem terrarum mortem intraſſe; Illud etiam mirum, ex Viperæ ſerpentis nece & ejus carne, ab omnibus gravioribus morbis, atq; venenis curari, & in priſtinum reſtitui, ſed continuato Viperinæ carnis uſu ab omnibus morbis præſervari. Hoc certe totum omnem admirationem ſuperat & excedit. Quare cum ego hujus Viperæ naturam ſatis cognitam haberem, à Philoſophis, Medicis, & Theologis traditã, ab hiſtoricis memoriæ commendatam, libellum multarum rerum vulgo incognitarum operæ pretium me facturum exiſtimavi, ut eas in unum collectas nomini tuo dicarem,* SERENISSIME PRINCEPS, *ex omnibus, quos hic Sol vidit unquam, de literis & literarum profeſſoribus optimè merite: quòd nullum de muſarum cætu excludere, nec triſtem ulla ex parte cum Auguſto dimittere, ſed in auribus & in oculis, Trajani illius optimi exemplo, libenter ferre ſoles, & facilem ( quod in Pompejo laudat Cicero ) te præbere dignaris. Igitur Amplitudo tua haſce lucubrationes cujuſmodicunq; ſint, quas hodie hilariter offerimus, pacato vultu & liberali manu*

*(quod facis) suscipe; & si à publicis negocijs, Regniq́ tui onere, quod non sine insigni honore & gloria sustines, quandoq́ licebit respirare, illis impende, non quod Regem* τὸν πο-λύγνωτον *hisce chartis egere ad confirmandam sapientiam existimem, sed ut Amplitudo tua potiùs post tam longa studia, in quibus euigilas assiduè, habeat, in quo se oblectet, & manifesta in occultis naturæ vestigia divinitus impresse intueatur, & mala majori bono copulata natura consistant. Vale, & Nestoreos annos vive feliciter, servi mancipijq́ tui memor. Pisauri Calend. Januarij 1589.*

Ampl. tuæ

Servus

Baldus Angelus Abbatius Eugubinus Medic. Physic.



# VENTURAS CONCIOLUS MEDICUS PHYSICUS URBINAS CANDIDO LECTORI.

## S. P. D.



EN tibi, candidissime Lector, Baldi Angeli Abbatij doctissimum & utilissimum de Viperæ natura libellum, cujus tanto desiderio flagrant mortales, ut si hunc unum habeant, nulli ferè morborum generi amplius se subjectos esse sperent. Nec injuria; quòd ex eo Auctoris nostri non solùm ingenij celeres quosdam motus ad excogitandum acutos, & ad explicandum uberes, sed etiam in totum genus humanum eximium animum, & voluntatem ad bene merendum mirabiliter propensam facilè cognosces. Quoniam ad hoc opus sane quam spissum & laboriosum non Græcorum & Latinorum modò libros omnes evolvit, & aliquorum ineptias, quæ sunt innumerabiles, argutissimè disputando pepulit, verùm etiam rem tantam usu ipso quæsivit, quæsitam invenit, inventam cognovit, cognitam patefecit. Quantum igitur laborum tulerit, quantum pro communibus commodis sudaverit; quantum sumptum fecerit; tuum sit judicium, optime Lector: præsertim cum, quo anni tempore capienda sit Vipera, quibus in corporis partibus secanda, quæ vis ejus, quæ medicamenta parentur, apertissimè & planissimè explicet; & quò majus beneficium suum faceret, æneas tabu-

las pingendas curaverit, in quibus, tan quam in ſpeculo, rem totam intuerentur homines. O te beatum, qui in manus tuas aureum hunc libellum ſumpſeris, ac multo beatiorem, ſi ſalutaria ejuſdem præcepta diligenter tenueris. Hinc agnoſces profectò Baldi Angeli ſcientiam, cum bonitate conjunctam: nam ſi ſola eſſet, non ſcientia, ſed malitia diceretur potius; ſcientiam (inquam) quia, cum multi alij homines hoc tentaverint, & ingenio ſuo diffiſi inchoatum reliquerint; ipſe tamen abſolvit idem, & eo, quò intenderat, poſtremo deduxit. Bonitatem verò dixi; quoniam tunc vir bonus maximè probatur, cum facit, ut bonitatis ſuæ celeri homines ſint participes. Interim gaudeat Iguvium, & omnibus incedat lætitijs, quod talem & tantũ filium in lucem ediderit; & FRANCISCUS MARIA, Sereniſſimus Princeps omniq; laude cumulatſſimus, cui eſt jure optimo Medicus Baldus Angelus, lætetur, ſe habere illum Philoſophum Medicum nobiliſſimum, optimum, fideliſſimum, & adde ſi quid vis aliud. Cæterùm tu expectato brevi, dum aliud περὶ τῶν θηριακῶν opus in apertum proferat; hoc autem hilari fronte accipias velim. Vale.

PETRI MATTHÆI VANNI MEDICI EGREGII JAMBICUM CARMEN AD AUCTOREM OPERIS.



*CRIBUNT labore inutili*
*Plures ineptè plurima*
*Quæ scripta sunt jam millies.*
*At ipse, Vir Doctissime,*
*Quo jure gaudet Umbria*
*Audita nullo tempore*
*Depromis & prorsus nova*
*Quæ vel maligni & invidi*
*Magnis ad astra laudibus*
*Certè libenter efferent.*

GVIDI GVIDARELLI CALLIENSIS SCRIBÆ Ducalis carmen, in laudem Auctoris operis. Ad lectorem.



*Parsim alij extremis digitis scripsere latentem*
*Viperea vim virtutis, fœtusq; cruenti*
*Naturam, caussamq; sui sub dente veneni.*
*Doctus & excellẽs sed Baldus hic Angelus auctor*
*Illustri, plenaq; manu, calamoq; celebri*
*Intus & extra omnes partes scrutatus Echidnæ*
*Junctim ostendit eas, diris & moribus aptum*
*Antidotum explicuit, tectasq; in carne medelas.*
*Hunc serva Auctorem, velut ictu namq; secundo*
*Sanus Achillæa redijt jam Telephus hasta.*
*Sic tu Vipereo fueris si forsitan ictu*
*Percussus, taboq; suo compressus iniquo.*
*Tunc hujus virtute novi sanantis Achillis*
*Post ictum, optatam poteris sperare salutem,*
*Et dubiæ secura tuæ medicamina vitæ.*

Ejusdem ad eundem distichon.

*Non poterat Baldus nisi Baldus, & Angelus anguem*
*Vipereum, & partes notificare suas.*

## TERENTII OECONOMICI NOBILARIENSIS AD APOLLINEM CARMEN.

*AVRICOMOS lætus radios nunc pandis Apollo,*
*Et placidum ridens ſpargis ab ore jubar.*
*Nam tua ſtellifero cælo eſt delapſa propago,*
*Amiſſæ per quam reſtituantur opes.*
*Baldus habens magnum magno de nomine nomen*
*Præſidis Igini munera larga pluit.*
*Hic veras artes penetravit, & abdita terris*
*Arcana, & cunctis hic patefecit iter.*

Apollinis reſponſum.

*Hic mea progenies, mea magna potentia ſolus*
*Hic eſt, qui patris dogmata ſancta colit.*
*Dum vitam cupient homines, dum piſcis amabit*
*Æquora, & hos volucres dum mea fræna regent,*
*Semper honos, nomenq; ſuum, laudeſq; volabunt*
*Quà nitidus ſurgo, quà ruber uſq; cado.*

IN INVIDUM.

*Qui vomitas rabidum mordax ſermone venenum,*
*Et latras lingua verba canina truci;*
*Vipera, quæ ſuperat ſuperante venena veneno,*
*Confringet vires, ni fugis, illa tuas.*

## AD BALDUM ANGELUM ABBATIUM PHILOSOPHUM ET MEDICUM PRÆSTANTISſimum Sereniſſimi FRANCISCI MARIÆ II. Ducis Urbini VI. Petri Franciſci Bonifacij Sentinatis Endecaſſyllabum Carmen.



*I nihil melius datur ſalute*
*In terris homini, neq; ipſe quicquam*
*Majori ſtudio cupit, magiſq;*
*A Dijs patulo precatur ore;*
*Si quondam numero DEûM reponi,*
*Qui vel exiguum dediſſet Orbi*

Munus

*Munus, fas erat, atq; templa condi:*
*Quid fiat tibi, qui ſalubre tradis*
*Medendi genus, & ſecreta profers,*
*Quæ vix Hippocrates, paterq; norunt?*
*Depellunt quoniam ſtatim malignos*
*Morbos non modo, ſed retardat alas*
*Fati (ſi licet) ociùs volantis.*
*Quid (inquam) tibi nonne templa poni,*
*Non laudes tribui, nec ipſa debent*
*Conſpergi ambroſio liquore membra?*
*Sed felix ter & ampliùs Sophiæ*
*Sedes Inguvium, decuſq; Martis,*
*Quod te jam peperit virum virorum*
*Primum, quem cupio frui perenni*
*Bono, millia mille ſeculorum.*

Ejuſdem in Invidum.

*Si viperæ ſcis eſſe vim, quòd quælibet*
*Venena pellat, enecetq; protinus;*
*Miror quòd illam quæritas laceſſere*
*Parum ſaluti conſulens: veruntamen*
*Demordeas licet, peribis nam ſtatim*
*Tu peſſimum virus, lues & peſſima.*

Ejuſdem in eundem.


*Confringe dentem fœditum*
*Ne cæteri ſint putridi,*
*Odor nec inde peſſimus*
*Per cũcta membra defluat.*

PETRI MARCELLI ABBATII EUgubini carmen in laudem operis.



*I vivens infenſa necem mortalibus affert*
*Vipera, dum rabido corpora dente ferit;*
*Hæc etiam potis eſt moriens præbere ſalutem,*
*Atq; ægris vitam reddere corporibus.*
*Ergo has, quæ longo latuerunt tempore, vires*
*Vipereas libro hoc notificaſſe juvat.*

AUCTO-



# AVCTORVM DESCRIptio, quos in toto opere laudat, quorumq; utitur patrocinio.

ARISTOTELES Stagirita.
Antigonus Historic' naturalis Græcus.
Avicenna.
Averroes Cordubensis.
Aetius Medicus.
Aretæus Cappadox.
Albertus Magnus.
Apollonius Tyaneus apud Philostratum.
Andromachus major.
Andromachus filius.
Amatus Lusitanus.
Alexander Benedictus.
Alexander Massaria.
Aetij interpres Germanus.
Alexander Petronius.
Andreas Matthiolus.
Andreas Baccius.
Auctor ad Pisonem.
Agatarchides apud Plin.
Ambrosius Leo Nolanus.
Arnoldus de Villa nova.
Ambrosius Paræus.
Basilius Magnus.
Bartholomæus Patavinus.
Bartholomæus Maranta.
Collegij Patavini Medicorũ Illustrium Triumviri.
Crates Pergamenus.
Constantinus Africanus.
Clemens Papa.
Dioscorides Phacas.
Democritus apud Plinium.
Diodorus Siculus.
Democrates.
Etymologici Auctor.
Franciscus Caballus.
Franciscus Alexander.
Galenus scientiarum omniũ scientissimus.
Gabriel Zerbus.
Gabriel Fallopius.
Hippocrates Magnus.
Herodotus historicus.
Hieronymus Cardanus.
Hieronymus Mercurialis.
Hieronymus Capivacceus Patavinus.
Jacobus Periander.
Jacobus Weckerus.
Julius Alexandrinus.
Julianus Palmerius.
Joannes Fernelius.
Isidorus.
Interpres Theophrasti, & Aristotelis.
Isigonus apud Plin.
Josephus Valdanius.
Josephus Strutius Polonus.
Josephus Hebræus.
Justinus Historicus.
Jordanus Raffaelius Eugubinus.
Ludovicus Cælius Rhod.

Lucanus


Lucanus Poëta.
Laurentius Joubertus.
Lampridius.
Marcellus Virgilius.
Marcellus Medicus antiquus.
Marsilius Ficinus.
Musa Ant. Augusteus.
Marcus Oddus Patav.
Nicander Poëta.
Nicolaus Leonicenus.
Nicol. Monardes.
Nicolaus Stelliola.
Orus Apollo.
Oratius Flaccus.
Petrus Victorius Flo.
Plinius secundus major.
Pierius Valerianus.
Petrus Candidus.
Petrus Gillius.
Paulus Aegineta.
Pausanias.
Plato.
Plotinus.
Porphyrius.
Plutarchus.
Phlegon Tralianus.
Pythagoras Samius.
Raphael Volateranus.
Rasis.
Raymundus Lullius.
Soranus Ephesius.
Theophrastus.
Tibullus.
Vlysses Aldrovandus.
Virgilius.
Valerius Cordus.
Zonara.

*Tàm in isto libro, quàm in libro de Theriaca, & Mitridatio horum testimonio utimur.*




# INDEX CAPITUM TOTIUS OPERIS.

## ET PRIMUM.



I



II




III




IIII




V




VI




VII.





# BALDVS ANGELUS ABBATIUS MEDICUS, PHYSICUS EUGUBINUS, QUÆDAM AD TRACTATIONEM PERTINENTIA PRÆFATUR.





ON illam dicendi facultatem Cornelij Celſi perſpicuam, & ſonoram; non aptam Plinij naturæ rerum ſcriptionem; neque Joannis Fernelij numeroſam, & elegantem eloquentiam; ſed humilem potius, & facilem; non tranſlatam orationem, nec figuris, aut luminibus plenam; ſed ordine utroq; diſpoſitam; nec prorſus incultam, quaſi ex ipſis Auctorum, quos ſequor, verbis conflatam, polliceor. Verùm rem ipſam aggrediar. Priſcis ſapientibus maximè perſpicuum

fuiſſe arbitror, feraciſſimum Viperarum proventum, quæ plerunq; bis in anno prægnantes quinquaginta catulos pariunt. Ego nullo modo adduci poſſum, ut credam, illos exiſtimaviſſe in hominum perniciem, ſed ad ſecuritatem, & humanæ vitæ propagationem & ſalutem, DEI Opt. Max. humanis rebus conſulentis beneficio donatas, collataſq; fuiſſe: omne enim vitæ periculũ earum morte exolvitur, ſi ictui contuſum caput ſuperponatur. Propterea mirum non eſt, ſi olim apud Romanos, qui omnia noverant, perquiſiverãtq;, Viperam pro ſalutis ſymbolo, cùm publico tùm privato, ex Auguſtorum quinta & ſeptima figura numiſmatum, ſumptam eſſe colligitur; & alibi inferius. Quod & ex primo Solis numiſmate patet, qui cum omnium vitæ auctor, conſervatorq; ſit, ex his eiſdem Viperis cùm longiorem, tùm magis ſalubrem, ac tutam vitam ab antiquis traductam eſſe, ſignificatur. Huius quoq; rei ſignum manifeſtum eſt, eòq; maximè apparet ex ſexta figura, quæ magni illius Hippocratis à Coorum Repub. cuſa fuit in Civis ſui ſatis inſignis honorem, qui baculũ cum Viper aſuſtinet, ceù Vipera humanæ vitæ ſit adjumentum. Hoc pariter inſigne Æſculapio prius fuerat conſignatum, quod etiam publicam & privatam Auguſtorũ

ſalutem

ſalutem à Viperis habitam ſignificabat. Hæc alia numiſmata teſtantur, Cai Tetrici Impe. M. Æmil. Claud. Salus Auguſta dextera habens pateram, cum Serpente. Max. ſalus, cum Serpente. Antonini, & Fauſtinæ cap. cum ſcriptione Græca, ex altera Æſculapius cum Serpente baculo in voluto, Salus dea cum Serpente, & patera ſe mutuo aſcipientes, Antonin. & Æſculapius, cum baculo amplexo dracone, qui ſanitatem curaſſet. Æſculapius cum baculo, & Serpente in argento, & ære. Innumera alia nunc omitto, & ſigna, ſtatuas & gemmas, ne tædio afficiam longa antiquitatum narratione. Idem apud Hebræos accidiſſe legimus, & Serpentis trunco impoſiti aſpectu Iſraëliticum populum à morte liberatum fuiſſe. Jdem quoque apud Ægyptios animæ & corporis ſalutare ſymbolum fuit: ſerpentes pariter mutuam ſibi afferre opem cum quadam herba, qua alter alteri vitam reddat, quod in hiſtorijs tritiſſimum eſt. Non igitur mirum, ſi morituro homini ſerpẽtis culpa aut dolo, opem & vitam ferat longiorem, unde parato juſculo, aut vino, aut ſtillaticia aqua, aut Theriaco ſale, vel ſolo viperarum cibo, ad comparandam vitæ longitudinem, aut ad præcavendos, vel curandos venenatos quoſq; morbos apud antiquos in

more positum, & spei certæ fuerit, ut ex supra relatis patet. Dea quoq; Hygæa quæ Sanitas est, poculum dextera, & sinistra Viperam retinebat, quod in plurib. Imperatorum numismatibus vidimus, perindè ac si vipereum quid epotum & dextera porrectum, salubre; sinistra verò, retentam Viperam vivam noxam designabat; quare ab Ægyptijs, & Arabibus, & Troglodyticis populis, pro epulis passim conquirebantur. Apud antiquos igitur ut nunc in mensa receptas fuisse legimus, quod etiam Galenus pluribus in locis confirmat. Qui modò occidentales nuper repertas insulas incolunt, his ut nos anguillis utuntur, perindè ac, qui ultra Indum habitant, idem facere consueverunt, Plinio auctore lib. 7. cap. 2. & à nobis alibi dicitur. Cyrnos Indorum genus, Isigonus tradit annos centenos & quadragenos vivere. Item Æthiopas, & Macrobios, & Seras existimat, & qui Athon montem incolunt; hos quidem tandiù, quia Viperinis alantur carnibus. Cum igitur hujusmodi & alia, atq; diversa in doctissimorum hominum voluminibus memoriæ prodita fuerint, sed dispersa, & dissipata, ac penè contraria, industria quadam, ordine, & ratione in unum libellum collecta sunt, capitibus sub unum aspectum proposi-

tis.

tis. Ita enim jucundiora fore existimavi, & in studiosorum gratiam, hanc tanquam institutionem pro conficienda Theriaca si ederem, multo faciliùs ad prestantissimi Antidoti confectionem sine magno labore pervenire posse, Quod omnibus fœlix faustumq; sit.



## *DE SERPENTE, CUI Viperæ nomen est, & ejusdem nominis Etymologia.*

CAP. I.



UÆ Vipera Latinis, à Græcis ἐχίδνα, Viperæ masculus ἔχις dicitur. Hujus nominis ratio varia est apud auctores. Isidorus in originib. ait dictam esse Viperam, quia vi pariat; quo cum consentit Plinius libr. 10. cap. 62. Lucanus item, Horus Apollo, Auctor ad Pisonem, Plutarchus, Solinus, Origenes, Nicolaus Nicolus Florentinus, Arnoldus de Villa nova, Montagnana, alijq; plurimi; sed omnium primus Nicander, & ante ipsum Herodotus. Cum enim venter Viperæ ad partum intumesceret, ejus catuli non expectantes maturam partus solutionem, corrosis lateribus, erumpere existi-

mabantur cum matris interitu. Idem credidêre Pierius Valerianus, Petrus Gillius, Petrus Candidus, Raphaël Volateranus, Pandulphus Collenucius, Gabriel Zerbus, multique alij, qui in eadem navi parum accuratè cum ſuperiorib. fuerunt, comentaria potius quàm rerum naturam intuentes. Superiori ſeculo proximo, Nicolaus Leonicenus, alter Hercules Alexicacus, hunc & pleroſque alios errores redarguit, demonſtravit, & editis libellis extirpavit. Hunc ſecutus eſt Franciſcus Caballus Brixianus, & Ambroſius Leo Nolanus. Hos multi cognita veritate imitati ſunt, & ſeculum etiam noſtrum hujuſmodi nugas abjecit. Theophraſtus poſt Ariſtotelem ſolers naturæ inveſtigator, Viperarum uteros à catulis perforari negavit, aliamque auctor ipſe graviſſimus in his maternæ necis cauſam comminiſcitur, dicens: diſrumpi ſponte uterum, quandoque, in quibuſdam, cum anguſtus ita ſit, ut tam numeroſæ prolis multitudinem & incrementum capere non poſſit: Idem quoq; Acubus piſcibus evenire, quos admodum tenues prolis multitudo interimit. Hinc forſan error ſapientum virorum emanavit, qui videntes Viperam quandoq; ſuperſtitibus filijs extinctam, à prole enecatam turpiter crediderunt, & ita negligenter in diuturno errore

*Plin. lib. 9. cap. 51.*

verſati

versati sunt. Ab Herodoto in Nicandrum, à Nicandro in reliquos quosq; fluxit. Sed Apollonius ille Tyaneus apud Philostratum negavit hoc esse verum, quod hucusq; ex comuni consensu & sententia confirmari superius videbatur, eo quidem argumento, quòd visa sit Vipera catulos lambere & expolire, & hoc affabré naturæ convenire cognitum est: naturaliter enim sentit, & sic ut plurimùm evenire solet. Reliqui qui Theophrasto consentiunt, quod prætèr naturam & raró contingit, ut naturale & perpetuum assumpserunt. At alij scriptores prorsus contra naturam omninò sunt opinati, quod esse non potest, & propterea Aurelij Prudentij Clementis carmina pulcherrima prætereunda nó censui, ut Poëtæ ingenium in exornandis fabulis intueamur.

*Si licet exemplis uti, sic Vipera (ut ajunt)*
*Dentibus emoritur fusæ per viscera prolis.*
*Mater morte sua, non sexu fertilis, aut de*
*Concubitu, distenta uterum: sed cum calet igni*
*Percita fœmineo, moriturum obscæna maritum*
*Ore sitit patulo; Caput inserit ille trilingue*
*Conjugis in fauces, atq; oscula fervidus intrat,*
*Insinuans oris coitu genitale venenum.*
*Nupta voluptatis vi saucia, mordicùs haustum*
*Frangit amatoris blanda inter fœdera guttur,*
*Infusasq; bibit caro pereunte salivas.*
*His pater ille ebris consumitur; ac genitricem*
*Clausa necat soboles: nam postquam semine adulto*
*Incipiunt calidis corpuscula parva latebris*
*Serpere, motatumq; uterum vibrata ferire,*
*Æstuat interno feritatis crimine mater,*


*Carnis*

*Carnificemq; gemit damnati conscia sexus,*
*Progeniem sese rumpentem obstacula partus.*
*Nam quia nascendi nullus patet exitus, alvus*
*Fœtibus in lucem nitentibus excruciata*
*Carpitur, atq; viam lacerata per ilia pandit.*
*Tandem obitu altricis prodit Grex ille dolorum,*
*Ingressum vitæ vix eluctatus, & ortum*
*Perscelus exsculpens; lambunt natale cadaver*
*Reptantes catuli, proles dum nascitur orba*
*Haud experta diem, miseræ nisi posthuma matri.*

Jam tempus est colligendi, viperam nō eò dici, quòd vi pariat, sed quòd vivum excludat, vt apertè ex Aristotele colligitur, qui serpentia omnia in duo tantùm genera dividit; Unum quod ὠοτόκον, id est oviparum, quòd ova extra se pariat & reponat; alterum vero ζωοτόκον. id est animal, aut vivū pariens nuncupatur. Interq; serpentia omnia sola Vipera intra se ova primum, deinde animal continet, deinde excludit. Vnde Vivipera per cōtractionem Vipera dicitur, ἔχιδνα à Græcis παρὰ τὸ ἔχειν ἐν αὐτῇ τὴν γονήν. Scilicet ad interitum usq; quòd contineat, ut gravi cum errore Ludovicus Cælius Rhodiginus existimavit, ex auctoris gravissimi testimonio vir doctissimus. Ælianus lib. 15 cap 16 fassus est, se his fabellis implicitum fabulosa scripsisse in gratiam Herodoti; se tamen veritatem sectari. Suidas, & Auctor Etymologici ἔχιδνα παρὰ τὸ ἔχειν ἐν αὐτῇ τὸ ζῶον: quod etiam verū est, Vipera dicitur ab eo quod animal in se contineat. Hæc de Viperæ nomine, & nominis notatione plenè sufficere possunt.

2. de hist. animal. cap. 13.

Co-




## *COGNITO NOMINE, necesse est quid rei investigare; propterea descriptio, vel potius diffinitio elicienda est.*

### CAP. II.



VIPERA est venenatus serpens, pollicis crassitudine, quandoq; duobus oblonga cubitis, plus aut minus, varij coloris, plano latoq; capite, incedens recta cervice, reliquo corpore irrepens, saltuatim in animantes irruit. Formarum uno generi proximo adjuncta differentia erit optima diffinitio. Est igitur Vipera venenatus serpens, quæ animal intus parit, & excludit. Cui diffinitioni, & descriptioni examussim respondere debet diffinitum, & descriptum; quòd serpat, & venenosa sit, longa ad summum trium cubitorum, velut in Asia esse testatur Nicander. Hæc torvo aspectu, saltuatim irrepit in animantem, & hæc est Marassus Italiæ vulgaris. Hæc enim animal inter serpentia emittit ex mollioribus ovis unius coloris. Cartilaginei inter pisces soli intus ova parturiunt, deinde animal pariunt, & dracones inter aves. Ova perfecta

ſint oportet, ita, ut ex his animalia gignantur; nam ex imperfecto nullum. Non extra fiunt, ſed intra: quoniam frigida ſunt; quod teſtatur Ariſtoteles lib. 1. cap. de Hiſtoria animalium; quo fit, ut vulva Viperæ ſit ſimilis Cartilagineorum piſcium vulvis. Plinius, qui Ariſtotelem eſt ſequutus, hunc in modum tradit: Vipera ſola intra ſe ova retinet, & tertia die intra uterum catulos parit; deinde excludit; reliqua ſerpentia contexta ova in terra incubant, & fœtum anno ſequenti cubando expediunt. Eſt igitur communis approbatio apud Philoſophos & Medicos, ſolam Viperam ex omni ſerpentum genere è corpore animal edere; quamquam aliqui ſecus ſentire videntur, quibus inferius reſpondere decrevimus. Quid igitur ſit Vipera ex deſcriptione, & diffinitione clarè unicuiq; patet.



*COGNITA FORMARUM differentia quæ ſuperius explicata fuit, neceſſariò confirmanda eſt ob quoſdam pertinacis obſtinationis in hoc orbe aliter ſtatuentes.*

Cap. III.


OSITA una tantùm Viperę serpentis specie ex differentia ꝓpria; cùm ex ipsa natura, tùm ex Aristotele, cui jam dudũ ex observatione diligẽtissimo sibi innotuerat, cnm ab Alexandro ad hoc negocium rectè expediendum de animalium natura decem servorum millia per tot annos acceperit; quis modo feret Albertum Magnum viginti septẽ Viperarum species proferentem? Et speciem pro summo genere assumpsisse pariter non sine errore existimandum est, Sed hæc opinio explosa jam fuit: quoniam sola Vipera animal parit, & observatione innotuit Aristoteli. Ælianum verò Historicum magis quam Philosophum hæmorrhoum & cerastem, Viperæ speciem esse ex Nicandro atulisse novimus, & dipsadem cum Aëtio Viperæ speciem esse cõclusisse, quæ cum absurda sint omnia, & apud vulgus notissima minime admittenda judicamus. Nonnulli aspidem ova intra se parere confirmarunt; ex aliorum sententia; etiam asseruit Collenutius, nec discors fuit Virgilius, Marcellus, nonnulli etiam assensere; verùm Nicander multiq; alij, qui Ægyptum petiêre, aspidum & crocodili ova ab Ichnevmone frangi, & sub terra penitius abscondi attestantur: propterea Aspis Vipera esse nõ potest.

Galenus lib. 11. ſimpl. ſcribit Viperam eſſe longè diverſam à dipſade, & ſi quandoq; eadem, aut in ſalſis locis degit, vel ſi æſtate capiatur, aut enecetur, vel plurimo ſale condiatur, vel vetuſtior ſit, ingentem ſitim excitare. Quod Hieronymus Cardanus cum nonnullis alijs negligenter prӕterijt, & dipſadem eſſe Viperam, ac ſpecie eandem voluit, neglecto Ariſtotelico dogmate, & Galenico. Ego verò ultra eam, quæ cognita jam eſt Viperæ ſpeciem, nullam aliam recipiendam ſtatui, neq; in hoc noſtro orbe, neq; in nuper cognitis locis, niſi vivum in lucem edere dignoſceretur. Clemens ad Jacobũ fratrem Domini ſcribens, ait, ex cinere naſci Viperam tamquam ex putri materia, quo in loco Viperam pro ſerpente intellexiſſe crediderim. Hæc quam diffinivimus ex propagatione, & quidem feraci, viva naſcitur. Iam igitur colligamus non aliam eſſe Viperæ ſpeciem præter hanc ipſam ſolam, & ſi Albertus, Nicander, Ælianus, Aëtius, Virgilius, Marcellus, & Cardanus, alias Viperarum ſpecies invexerint, audiendi non ſunt, niſi viva edere animantia, non ova, manifeſtè oſtenderint. His viſis omnem in poſterum fidem habendam judicabimus. De his ſatis actum eſt.



## *VIPERA EST VENENAta fera, non tamen in toto corpore, sed in quibusdam tantùm partibus.*

### CAP. IV.



VENENUM Viperinum, quod à tota substantia nobis lethiferũ est, admotum, impulsumq́;, vel assumptum in humanum corpus, vim habet conficiendi, non secus, quàm alimentum bene subactum reficiendi. Est enim tota veneni substantia alimentis contraria, corpusq́; nostrum in naturã sibi similem, & venenatam convertit. A Vipera semper caput abijcitur: quia pestiferum est, & infra tribus digitis, abscinditur etiam cauda; non quòd venenata sit, sed quia ossib⁹ tantũ constet propterea abijcitur; fel autem, nec in totũ asperni potest: reliqua caro, ablata pelle, & ejectis interaneis omnibus eligitur artis Medicæ peritis scriptoribus, tàm Græcis quàm Latinis, & Arabibus pro cibis, quibus tutò utuntur, & pro pastillis conficiendis ad antidotos, & ad omnem usum. Auctor autem, qui ad Pisonem scripsit cap. 10. adverbum inquit: Viperarum tunc cum cadaver elixamus non

Cap. 3. Fel. Caro:

parum ſalis,& aneti quantitatem aquæ commiſcemus, & non ſolum, ut his miſturam ſuaviorum reddamus, ſed ut Viperarum carnes eliquemus,atq; ita,vel parùm,vel nihil potius venenoſum relinquamus in ipſis; At nos alexiteria virtute carnes Viperæ præditas eſſe certó ſcimus,ſuaq; peculiari proprietate venenum unumquodq; extra propellere, quòd in Theriaca exhibenda Viperæ carne,aut in trochiſcis dilutis porrecta eaſdẽ Viperas enecat. Quod pluries Romæ vidimus, & multi obſeruarũt veriſſimum eſſe, carnes venenum expellere. Quare ſimul in eadem parte permanere non poſſet, vbi virtus conſtat alexiteria. Caro igitur ſejuncta á venenatis partibus,nihil prorſus veneni continet,aut habere poteſt,cum cibus ſit, vt jam probatum antea fuerat. Galenus lib. de Antidotis, ad eliquandum venenum ſal non adhibet in jure: quoniam ipſe non contineri in carne arbitrabatur, ſed aneto & alijs herbis multis utimur in animantium inſculis, non ad tollendum venenum, ſed potius ad ferinum illum odorem tantùm emendandum. Item in capite tantùm venenũ reſidere probabo. Quoniam facultatem habet veneni conficiendi ſicuti convoluta vaſa ſeminis,& muliebria ubera lactis. Ex reliquis omnibus caput aptum

Vipera ad lædendum possidet, & in dentibus à natura venenum esse inde manifestum est: quoniam ab eisdem dentibus Viperæ jam dudum mortuæ, si quis tangatur lethale admodum est. Quare hac in parte, & mortua & viva semper apta nata est ad lædendum. In gingivis igitur dentium tumentib9 virus conficitur spirituosum, ex illa materia venenatorum animantium & herbarum, ut paulò infra apparebit, quod in felle tanquam in lacunari consistit, quo rarenter canes, si vescentur recenti, mori contingit, si sicco nunquam, ut observavit Paulus Quernus Aromatarius Parmensis olim Romæ ad Pasquillum: Carnibus autem Viperinis tum canes, tùm feles sine noxa vescuntur, atq; etiam homines multis in locis. Quis ergo crederet carnem venenatam esse? quæ Medicorum omnium consilio & publico consensu, approbatur, & Galeni præcipuè, qui tot experientijs, ut libro de Subfiguratione Empirica, comprobavit etiã cum venenato capite profuisse. Necesse igitur est postquam non in tota carne, neque in sanguine, & epate, neq; in corde, & arterijs inesse probabitur; in vesica fellea materiam tamquam in proxima lacuna duobus meatibus inde ad dentium vesicas deferri, in quibus vipereum actu venenum efficitur, ex pra-

prava materia, ut in cauda cervi, quæ in toto cervo non consistit, in capite felis, non in toto animanti, in radio pastinacæ, non in toto pisce, in draconis piscis aculeo tantùm, non in carne, venenũ ullu inesse creditur, & his omnibus vescimur indies abjectis venenosis partibus. Sed modò colligendum est etiam duplex esse in Vipera venenum; unum in actu perpetuò, etiam mortuę, in dentibus firmiter inhærere, ut in superioribus piscibus; alterum in gingivis, & vesiculis collectum, ex usu & cibo venenatorum animantium attractum à fellea vesica, vagum & spirituosum, translatũ quoq; ad gutturis partes, tanquam in sentinã à natura deponi, & facultate viperea perfici, quod morte extingui volunt, quod gingivarũ venenũ, si ictu viperino superaccedat, statim ut ignis per animantis corpus defertur, & quã celerrimè cor petens corpus tumefacit. Ex his planè constat Viperam non totã esse venenosam, sed aliquas particulas non carere veneno.

duplex Viperæ Venenum

*IN QUA PARTE VENENUM insit in Vipera, in qua virtus Alexiteria, supra notuit. Modo videndum quomodo à simili fiat attractio, & á contrario expulsio.*

## CAP. V.



VID ſit venenum ſuperius declaratum eſt, & multis quoq; rationibus in dente contineri, & in gingivis pro certo confirmatum fuit, & in veſica fellea, ut materia proxima ad Viperinum venenum conficiendum, quæ in totum denudata non eſt à venenoſitate, hoc uno modo probari poſſet: Si fel ictui Viperino extra illitum, venenum illud à Viperæ ictu projectum, vagans, ut cor petat extra à felle trahitur, id certe non efficeret ullo pacto, niſi tanquam ſimile, neq; attrahi poſſet, niſi à ſimili. Quod à Vipera emittitur, cum ferit è gengivis, venenum eſt, actu á tota ſubſtantia, fel verò extra ſuper impoſitum, quod trahit, venenum eſſe neceſſe eſt, ex animantibus, & herbis venenoſis contractum & aliquo modo immutatũ. Quod veró attrahat incõfeſſo eſt apud omnes Medicos. Quod ex ſimilitudine id faciat, jam notum eſt, quæ ſimilitudo, vel in forma, vel in materia, vel in ſimul junctis; erit in felle non in forma veneni, quoniam priſtina jam penè refracta, & deleta eſt. In materia eſſe non poteſt, quoniam actio omnis provenit à forma, ſed quoniam non eſt in totum denudata à forma veteri venefica, propterea auxilio caloris nativi nitẽtis,

vel adjuvante motú virtute expulſiva alexiterio intus præſumpto, venenum extra pellere antiquiores credidêre. Nos magis mixtum curationis modú approbamus, ex levi attractione, ex ſimilitudine materiæ, non in totum abolita priſtina forma, & ex contrarietate alexiterij expellentis, Sed multò probabilior actio ex forma exacta proveniet, ut ex capite Viperæ attrito, ubi actu venenú conſiſtit, & appoſito vulcuſculo venenoſo vera fiet attractio, & valida veneni extra deductio. Quo modo attractio à forma fiat jam concluſum eſt; Sed facultas alexiteria, quę venenum extra corpus pellit, contraria proprietate in univerſum, & propterea ad cutim propellere nititur. Venenum igitur Viperinum extra impoſitum, trahit ſibi ſimile in totum, forma ipſa venenum unumquodq́;, quod pariter fluxile eſt, ut magnes ferrum quod ſimilimum ſibi erat. Caro Viperina intus præſumpta ad cutim propellit tanquam Theramenes lapis, qui ferrum longe à ſe expellit, Et hæc ſatis.

## *QUALE SIT VENENUM Viperinum tribus illis in particulis contentum, an diſsimile ſit.*

## CAP. VI.



VENENUM in dente Viperæ natura à primordio ab utero exeũtis cõsistere certum est, ex vi seminis genitalis, hoc veneno imbuti ad dentes constituendos. Illud autem compertum est, in Viperulis uterum exeuntibus, ac etiam in dentibus mortuæ Viperæ cõplantatum, ut natura ipsa in ipsis dentibus nõ extrinsecus advenire, ut in canib⁹. Quod si ita esset quandoq; contingeret esse sine veneno, quod re vera in vipera evenire non potest. Videtur igitur esse natura ipsa in dentibus substantia venenata, ut est in pastinaca pisce, in aculeo arenei piscis tàm in vita, quàm in morte. Istud autem quod à fellea vesica ad gingivas & dentes transfertur, nulli dubium est in animantib⁹ venenosis fuisse, & esse venenum dum vivunt, quoniã calore naturali venenosi serpentis fovetur, & actu est spirituosum & fervidum; Non autem in mortuo, propterea cum deglutiatur integer serpens, ut Stellio, & terrestris bufo à Vipera, jam mortuus deglutitur, statim feces per alvũ eiciũtur venenosæ, si quid relinquatur, ipsa natura ad felleã vesicam ad id oneris constitutam rapitur, cæteris expellentibus membris, & inde paulatim ad gingivas & dentes deducitur meatibus certis:

quo in loco calore nativo virtute venefica, quæ in dentibus habebat, actu Vipereum venenum efficitur, & si hæc c eadem materia extincto animali, & abolito calore nativo exolvitur, ut etiam alibi à me dictum est. Quare hæc erit materia Viperini veneni, non in totum denudata à priori forma venenata. Quod ita sit, felibus & canibus fel projectum & deglutitum, quandoq; occidit, & quandoq; non, id autem contingit pro varietate veneni deglutiti à Vipera, quæ non omnia pari ratione evincuntur à natura vesicæ felleæ Viperinæ. His in partibus venenum contineri & effici solum, statutum est, In carne verò nullo pacto consistere posse à me probatum est antea, & iterum confirmabitur: Quoniam si in carne consisteret, prius in corde, & arterijs, & in jecore, ac venis contineretur, & inde in totum corporis habitũ diffunderetur; Canibus & felibus, si porrigantur, ut sepè sum expertus, nihil officiunt; signum est, non esse venenum, Sed si caput hæc animalia devorent carnivora celerrimè obirent, inest enim actu venenum. Quamobrem hac ratione certum est, in carne non contineri venenum, Unde Horatij Falcci sententiam illaudandam fore existimavi, qui ad Lydiam lib. 1. Carminum, sic scripsit: Cur Olivum Viperino sanguine

cautius

cautius vitat. Idem quoque in epodo: Quid hoc veneni sævit in præcordijs, num Viperinus hic cruor in coctus herbis me fefellit? In Viperino sanguine venenum cõtineri ex vulgi sententia judicavit, sed Poëtæ conceditur. Postquam igitur non in jecore, & venis, corde, & arterijs, neq; in carne continetur, necesse est in prædictis partibus solum residere venenum, quemadmodum in cauda Cervi tantùm consistit materia venenosa, ex serpentibus, quos vi naturæ ex cavernis attrahit ad eundem locum demandata, neque tota è secessu ejecta carne cervina tutò utimur; Sic radius Turturis Marinæ, quæ Pastinaca est, venenatus est, adeò ut vulnera illata ab eo, sine ejus scobe curari non possint, caro ejus tamen in cibo assumitur. In felis cerebro venenum est, non in reliquo animantis corpore, quo plurimi vescuntur tutò, relicto cerebro; Sic Draconis piscis aculeatis bracchijs venenũ inest, toto pisce utimur in cibis sublatis branchijs, seu aculeis. Ita in Vipera contingit, rejectis venenosis partibus, innoxiè carne vescuntur tot populi, quos enumeravimus, longitudinem vitæ proferentes, neq; præeunte horrore, nullo subsequente periculo. Sed ne tempus frustra conteratur, colligendum: duplex esse in Vipera venenum, ingénitum

 unum

unum in dentibus, alterum aquiſitum in gingivis. Quæritur an illud in dentib⁹ complantatum ſit eius dictæ ſubſtantię, cũ eo quod reſidet in gingivis? Videtur quod ſic. Quoniam dentes, & gingivę videntur augeri ab eo, quod tranſmittitur; ſed forma extrinſeca eſt diverſa, ſolida enim in dentibus, fluidum verò in gingivis. Quare illud q̃ à veſica fellea tranſmittitur, heterogeneum eſſe, aliquo modo negari non poteſt, præcipuè cum aliam in dentibus formam & actum accipiat, Sed cum à veſicis & gingivis dentes foveantur, & eandem formam intrinſecam accipiãt, neceſſe eſt homogeneum eſſe. Patet igitur ſatis plenè, quod, & quale ſit venenum quod in dentibus & gingivis conſiſtit, & qua ratione poſſit differre.



*PLENE COGNITO VENENI loco, ejus quoq; natura quæri poſſet, cur in carne, & quomodo adſit virtus alexiteria ad expellendum unumquodq; venenum ab humano corpore.*

CAP. VII.



SECUNDUM diverſas Viperę partes, non ſecundum ſe totum venenum attrahere, ob ſimilitudinem quam habent cum capite,

& fel-

& felle, in his enim tantùm partib⁹ venenum, & veneni reliquias residere, certissimum est. Quod etiam probatur hac ratione: Fel Viperæ ictui serpentum omnium impositum, aut illitum, ut omnes medici, & attestantur, & jubent, venenum antea per corpus vagans, ad se retrahit, & vi rapit, ac extra educit, Id autem efficit, quia simile est, nec ullo alio modo efficere potest, aut attraheret, Sed quod à Vipera ictu eicitur, & ejaculatur venenum actu est; necesse igitur etiam fel quod extra illinitur venenum esse ex animantibus, & herbis venenosis attractum, & collectum facultate naturali vesicæ felleæ. Patet igitur attractionem à sola fieri natura ob similitudinem, id quod etiam caput ipsius Viperæ, cum venenũ possideat, attritum & superpositum ictibus idem præstare poterit mirificè, ut fertur. Quæ verò veneno ex adverso opposita sunt Alexiteria, sivè amuleta vocare liberet, quæ venenũ expellunt, sive evacuant, aut evincunt, sivè aliquo modo oppugnant, dupplici facultate prædita sunt, tamquam media inter corpus, & venenum; cui prorsus veneno venenum esse, compertum est, & ipsum aliquo pacto extingunt, nam caro Viperæ, allium, juniperi fructus, ficus, caricæ, nuces, cepæ, raphanus, fructus smilacis asperæ, & ligni sancti, caro,

& se-

&ſemen citri, & alia cibaria contraria veneno ſunt, & expellunt, evacuant, & eijciunt, & alia huiuſmodi, quæ venena expellunt, ac perdomant medicamenta, ut terra Lemnia vera, bolus Italicus verus, vari coloris corallus, cornu cervi uſtum, damæ cornu uſtum, lapis bezaar ver⁹, alicorn⁹, alcibiadium, echium, ſcordium, diptamus albus, carlina, centaurea minor, utraq; Ariſtolochia, multaq; alia Alexiteria, Viperis & alijs venenoſis ſerpentibus eliquata aqua, quavis ſtillaticia porrecta, ut á Paulo Querno pluries Romæ in ſua officina medica experta fuêre, ex his mirificè injectis brevi & non levi cruciatu enecabantur; quod etiam ex hoc verum eſſe manifeſtè apparet, ꝙ hæc eadem anguibus Cerbonis, & aquæis aſpidibus maiori copia exhibita, quoniam veneno carent, & innoxia ſunt, propterea, cõtrarietatem cum veneno habeant aelxiteria tantùm, minime officere nequiverunt. Quædã igitur ex his tutò, & ſemper aſſumi poterunt, ut cibi venenis contrarij, quales ſupra, ſivè venenum aſſumptũ, aut afflatum, aut ejaculatũ fuerit ſemper auxilium ferẽt. Medicamẽta veró quæ ſupra narrata fuerunt (ut quidã ajunt) homini propinata, quando in corp⁹ ullo modo venenum inſit, eò magis ſi frequentius his utamur, non parũ obfutura convincere enituntur,

tuntur, nec tutò assumi volunt. Hæc igitur quæ veneno cõtraria prorsus sunt, de quibus & alibi dicemus, sivè naturæ proprietate, seù veneni contrarietate, sivè qualitate occulta, & innominata, seù forma specifica, seù Cœli influxu tacitò id præstent, incertum: tamen planum est, ita evenire perpetuo, ut contra venenorum rabiem opem á natura nõ denegatam sentiamus. Illud tamen in natura multis mirũ videretur quod minus esse debet: Quod attractio fiat à simili, illius rei, quæ in forma, vel in materia, vel simul junctis erit. In felle, ut ad illud exemplum redeam, quod illitum fuit, non in forma veneni; quoniam pristina jam penè refracta, & extincta erat; In materia esse non potest, quoniam actio omnis provenit à forma: Sed quoniam non est in totum denudata etiam in mortuo animante à forma veteri venenata; propterea calore nativo adiuvante expulsionẽ, & insita membrorum virtute expultrice, venenum extra trudi & evinci. Verum hæc Alexiteria si ictui imponantur sola, ut caro viperina, & alia huiusmodi, tantùm abest, ut venenum extra trahãt, aut educant, verùm ut facilius int⁹ propellant ob contrarietatem, in his multi decipiuntur. Iam igitur colligere oportet in ictibus ferarum venena apposita perpetuò tanquam similia ex

trahere, ac vi quadam rapere extra quòd perpetuo verum eſt, ſi à principio utamur capite & felle viperæ, ſcorpione, phalangio, & huiuſmodi, ea præcipuè parte, in qua venenum ineſt, Antidota veró, ſeù amuleta intus tantùm aſſumenda ſunt, quoniam non ſolùm venenum evacuant & propellunt aut evincunt, verum cor roborant, & vires reddunt validiores; ſed cum aqua vitę, aut vino, aut decocto congruo exibita à principio porrigantur; Extra verò imponi fruſtra; quoniam ſi à calore nativo non actuenter nullam vim poſſident. De Theriaca vero cum variæ ſint ſententiæ, in libello de confectione, & viribus ejus diſſeruimus, nec eſt præſentis loci de ea pertractare. Hæc igitur omnia media ſunt inter venenum & hominem, ac ſi inter ſimilia, & diſſimilia medium extremis conſtituitur & contrarijs, utpotè venena & amuleta, corpus humanũ, partim ſimile antidoto, quoniam pleruńq; nutrimentum, ut vidimus, partim veneno inimicum, quoniam illud venenum homini pernicioſiſſimum. Inter corpus, & venenum contrarietas eſt quam maxima. Inter corpus, & alexiteria nõ ſolum ulla ferè adeſt contrarietas, verùm maxima ſimilitudo, etſi quandoq; medicinæ ſint, ut teſtatur Galenus, diſſimiles noſtro corpori, Quæ diſſimilitudo,

do, non ſtatim contraria, neq; abſoluta ſimilitudo, quæ actui, vel formæ tribuitur, ſed eſt affinitas ſubſtantiæ qua patitur; aptum eſt, ut agentis actionem non ſuſcipiat. Concludendum igitur corpus humanum eſſe medium inter venenum, & Alexiterium, non ſitu aut loco diſtare, ſed ſecundum formam, qua corpus, ſicuti veneno opponitur & ab eo deſtruitur, ita alexiterio ſimile eſt, ut cum eadem poteſtate ſit, in actum deducatur á calore nativo, & ſicuti oppoſito veneno opprimimur, ita ſalutari amuleto ſublevamur cum deſtructione contrarij. Venenum igitur ſivè admotum, vel impulſum, vel aſſumptum in humanum corpus, ut vim habet ipſum cõficiendi, ita antidotum aſſumptũ vires habet evacuãdi, evincendi, & expellendi extra, vires & calorẽ nativum, & cor ipſum refocillãdi, & adverſus deleterium venenum tuendi, ſi debito tempore, & quamprimum exibeatur, admixtum cum aliqua re, quæ citò per corpus penetret, & ſubito cor petat, & tanquam arcem tueatur à veneno, ne eius temperiem, & corporis compoſitionem, aut conformationem deſtruat, venena omnia qualia ſint, vel ab aere corrupto, vel ab animalibus, vel plantis vel mineralibus, de quibus agimus, vel ab artificio deſtillatorio, de quo à no-

bis non habetur ſermo, ſed de alijs; quoniam maior eſt virtus qua juvat, quam offenſio qua periclitari poſſumus, a qua plerumq́; ſublevamur: propterea poſita ſynopſi venenorũ univerſali, curativa methodus particularium venenorum traditur. Venenum igitur quod ex adverſo ſtat humano corpori contrarium, ipſumq́; præſentanea vi interimit, aliud eſt manifeſta, & occulta qualitate noxium, ut euphorbium, urendo, inflammando, præſtat ex calore, aut frigore, ſtupefaciendo, uti opiũ. Aliud eſt quod nõ manifeſta qualitate, ſed ob diſſidium totius naturæ, quo toto genere diſſidet, non quantitate, officit, ſicut alia duo, ſed corrodendo, putrefaciendo, diſſolvendo, ut Galenus lib. 5. & 6. ſimpl. ut dryopteris, pinorũ eruca, argentũ vivum ſublimatum, quemadmodum beſtiarum virulentarũ, uti ſcorpij, & phalangij, & Viperę ictus, & rabidi canis morſus; hæ ſiquidem virus cum ſaliva ejaculantur, ꝙ paulatim intus penetrans principes corporis partes attingit, vires & ejus eſſentiã diſſolvit. Quę verò antea enumeravi intrò aſsũpta, quando à calore noſtro nativo domari, evinciq́; nequeunt, tunc omniũ facultatũ eſſentiã corrũpunt; cùm vrendo, tùm ſtupefaciendo, At cõtrario modo antipharmaca, ſeu amuleta deleterijs ipſis prorſus adverſantur, eoq; totius

eſſentiæ diſcordia immutāt, obtundunt, evincunt & expellunt, atq́; adeò, ut ne minimum quidem deinceps nos poſſit offendere. Ex his alia veneno, aut deleterio quoq́; medicamẽto hauſto adverſantur, ut ſemen citri, ruta, & alia virulentorũ ictib. medentur; caro Viperina, alyſſon rabidi canis morſib. & pimpinella. Huc ſpectāt, quę morbos peſtilentes & venenatos abigunt, & cavendis eis conveniũt, ut Theriaca. Quę ſingulis corporis partib. ex propria facultate ꝓſunt, brevi dicentur. Salvia cerebrũ, & pariter gentiana juvant: Ipſa totius naturæ ſimilitudine familiaria ſunt bugloſſum & pimpinella cordi; Epati cicorium; Eupatoriũ, ſcolopendriũ, & mirobalani ſpleni; Saxifragia, betonica, renibus, atq́; alia alijs grata, & familiaria ſunt, ut ruta inteſtinis. Sic cōtra nōnulla offendunt internas partes. Lepus marinus ſolus pulmones totius eſſentię diſſenſione & repugnantia afficit. Cantharis veſicam tātum & renes exulcerat, & alia hujuſmodi proprietate noxia ſunt. Porrò admiratione dignũ eſt ſingulari, hæc & ſimilia tātopere noxia, & malũ quod inferre poſſent, avertere, & à vitę periculo evindicare, Uti diximus, venena omnia virulẽtorum animalium ictibus proprijs & alienis impoſita retrahat; ut jam patet ex ſimilib. fieri attractionem. Corpus verò cātharidum

ſectis capite, & alijs, & pedibus aſſumptum nõ afficit, & tota cantharis aſſumpta etiã dicitur, & ſi Papiæ aliter contigiſſe quidam meminit. lib. 1. & 2. de muliebribus morbis Hipocrat. de bupreſtidibus & cantharidibus exhibẽdis, & meminit lib. 4. de ratione victus. Caro Viperina pariter venennm evincit & expellit, ſi aſſumatur, longioremq́; vitam reddit. Caput verò cõtritum ictui appoſitum retrahit venenum ſibi ſimile, & fel pariter Viperinum. Galenus verò 11. ſimpl. de cantharidibus ait, quidem alas, pedes, & capita cantharidum eſſe alexiteria, his qui corpora ipſorum bibiſſent, alij contra; at nos totos indimus, ait Galenus, ſelegit autem minus noxias, quæ in frumentis inveniuntur lutea tranſverſa in alis cingula obtinent, ibi etiam docet quomodo præparentur; Venenum omne foris impoſitum, quod à Virulentis ejaculatur, jam impactum evacuare teſtatut Galenus lib. 5. de ſimpl. medicamentis, & educere, ut magnes ferrum, teſtatur lib. 1. de nat. facultatibus, Sed Mitridates, Attalus, & alij in condemnatis morti, tradito veneno vires antidotorum experti ſunt, lib. 1. de antidotis Galeno Auctore, at nos majori pietate amuleta Viperis porrecta experiri voluimus: quod ſi ipſis contrarium, & lethale extiterit, nobis perutile antiphármacum erit.

VI-



# *VIPERAS CUM HERBIS Venenosis, tùm animantibus vesci, & propterea pessimum esse venenum, & carnem esse alexiteriam præ cæteris veneno contrariam.*

## CAP. VIII.



QUo cibi genere campestres Viperæ utantur partim Aristoteles libro 4. de historia animalium cap. 49. Tradit enim scorpionibus campestribus vivere, ex eisq; fieri venenosiores. Pausanias ex venenosis herbis evadere maximè venenatas, ex quorundam sermone refert. Auctor ad Pisonem cap. 13. herbis & animalibus venenosis vesci, buprestidibus, pineis erucis, cantharidibus, phalangijs, atq; eis esse congrua alimenta; mure araneo, stellionibus, scarabeis, paruisq; bubonibus, salamandris, & alijs hujusmodi uti, ex dissectionib. innotuit; eas verò diuti⁹ retinere in dolijs cretaceis sinè nutrimẽto, ut quidã solent, minus commodum est: quoniã sine cibo contabescunt ob peculiaris alimenti inopiã; quidã

verò furfure nutriunt. Quod vero vipera ſæpe mordens venenum amittat, ut apis quaſi aculeum, ut idem ad Piſonem auctor aſſeruit, id verum eſſe minus mihi arridet, ſi in dente, ut jam confirmatum eſt, complantatum à natura venenum fuit, ex eo potiſſimum, quod quandoq́; ex mortuæ Viperæ dente tacti mortui & ipſi conciderunt, veluti hi, qui paſtinacę mortuæ radijs transfixi decumbũt, & ex hoc etiam probatur, quod ab eadem Vipera, canes, feles, galli, aliaq́; animalia ſimul, & ſemel tacta mortua conciderint parvo temporis ſpatio. Viperę igitur venenoſę, ſunt aſcititio veneno etiam, quoniam cibis utuntur venenoſis, & vim in dentibus reconditam venenoſam, reddi quoq; prępotentiorẽ, & multo magis efficacem, & propterea mirum non eſt, ſi eius caro adverſus omnia venena reptilium utilis & admodum apta ſit ad expellendum venenum; quoniam virulenta omnia ſui veneni amuletum in carne habere certum eſt. Si Vipera omnium ferè carnibus nutritur ut jam cognitum eſt, neceſſum, & venenum aliorum miſtione reddi nocẽtius, quod à ſolo ſcorpione fieri Ariſtoteles arbitratus fuerat.

Caro quoq́; alexiteria multo efficacior & aptior ad expellendum redditur, intus ſumpta, quòd etiam ipſa experientia comprobatur; à

Viperi-

Viperina enim carne venena omnia, cùm evinci, tùm mirificè expelli, & in hominum ſalutem in dies experiri vim ejus alexiteriam efficaciſſimam, & non parvam etiam inter hæc duo intercedere ſimilitudinem, jam cognitum eſt antea: nunc quoq; ad expellendas omnes materias venenoſas & ipſa venena, carnem habere mirificam facultatem, tùm ex propria ipſius viperæ natura, tùm ex peculiari ſui alimenti uſu continuo.

NB

## *DE VIPERÆ COITU, & partu, et an cum aliјs miſceatur, præcipuè cum Muræna.*

### CAP. IX.



SERPENTES omnes complexu adeò circumvolutæ coeunt, ut una exiſtimari biceps poſſit, ut ex Ariſtotele tradit Plin. lib. 10. cap. 62. Uteri oſculum in quod ſemen à mare immittitur per penem in poſtrema ferè caudæ parte reſidet, ubi vulva biceps, vel duplex, ex orificijs & lectionibus, dignoſcitur, ex noſtra pictura. Teſtatur idẽ Ariſtoteles, cui aſſentit Plinius lib. 11. cap. 37. hæc vulva viperæ, & intra ſe parientibus duplex, ſeù bifi-

da, ut verbis utar Rődoletij. De teſtibus varia ſcribit Ariſtoteles. Libro 4. de partibus animalium, ſic inquit: nullus piſcium, nec intus, nec foris teſtes habet, neq; animalium pedibus carentium ullum, neque ſerpentes. Idem quoque prius libro 3. capit. 1. dixerat, cujus ſententiæ veritatem, ſectio anatomica, & inſpectio redarguit. Delphines inter piſces oblongos habent, id quod alibi ſui oblitus Ariſtoteles affirmat. Vituli etiam Marini teſtes habent, & penem Balænæ. Vipereum marem teſtes habere, & penem ex inſpectione innoteſcit. Tubero etiam Indici maris piſcis genitale membrum duplex habet, ſeu fœmina vulva bifida. Serpentes retinere pulmones teſtatur Ariſtoteles, Penem verò habent, quæ reſpirant, quibuſque ſunt teſtes. Penem igitur eſſe in mari vipereo ex ſectione facilè apparebit. Non igitur verum eſt, Viperam caput maris abſcindere, neq; per os genituram immitti, uti plures ex graviſſimis ſcriptoribus tradiderunt. Duplex autem partus Viperæ contingit, unus naturalis, cum catuli Viperini obvoluti membranis exeunt uterum, ovumq; videtur, ſed ſtatim extra uterum membranas frangunt abrumpuntq;, & mox foras exeunt omnes prima die, non triduò, ut Ariſtoteles velle videtur, triduo verò ab exitu

*Rond. lib. 16. cap. 16. de piſc.*

*Libr. 3. cap. 22.*

*Plin. libr. 10. cap. 62*
*Auctor ad Piſ.*

membranæ abruptæ mundari, & uterinam pelliculā abijcere certiſſimum eſt, & unicuiq; ex inſpectione, ita eſſe apparebit. Sed involucrum, quod ſecundam in mulieribus vocamus, quandoque in utero perforant, & ſimul exeunt ſingulatimq; pariunt Viperæ, ſed eadem die, non diebus viginti, ut male vertit Plinius, & ejus ſimiolus Theodorus Gaza. Ego obſervavi. Sed forſitan dicendi formula, ita enunciavit numerum fœtus, ut quandoq; 20. & quandoq; vigintiquinque pariat catulos. Tempus una dies, quaſi ſingulis diebus ſingulos uſq; ad viginti vel plures. Modus jam dictus eſt naturalis, videlicet catuli obvoluti, & veluti ova exeunt, non contexta, vel catenata, ut reliquę ſerpētes, ſed ſingula ſeorſum. Verba Ariſtotelis græca: *τίκτει δ' ἐν μίᾳ ἡμέρᾳ καθ' ἕν*, ut verbo reddā, parit una die, ſingulatim unum poſt alterum modico interpoſito ſpatio, non more reliquorum ſerpentum, quæ confertim, & contexta ova pariūt, Sed hæc verba Plinius alio modo cum Theodoro Gaza interpretatus eſt, quàm ipſa ſit rei natura, aut verborum ſenſus præ ſe ferat. Viperas cum maribus complexas natura coire, ſicut reliqua ſerpentum genera, deinde parere, admiſit Ariſtoteles, cui Plinius libro 10. capit. 62. conſentit. Archelaus, Nicandri

*Mundarilla vulgo.*

Scholiaſtes, Baſilius Cæſarienſis, Oppianus poëta Græcus, Dioſcorides, omnes exiſtimarunt, marem Viperæ cum Muræna coire, quamquam hunc coitum in hieroglyphicis literis Horus Apollo, & Ælianus confirmare videntur. Athenæus ex Andrea hanc ipſam opinionẽ paucis deſtruit. Plinius quoque de Murenis loquens ſic ſcribit: In ſiccum littus prolapſas Murenas vulgus coitu ſerpentum impleri putat, Hoc quoq; deridet Andreas, marem Viperæ ad littora præcurrere. Sed verè Murenam in ſicco prorepere, teſtatur etiã Theophraſtus libro de Piſcibus. Ariſtoteles verò libro 5. de Animalibus, differentiam Murenæ & Myri max. ponit, unde occaſionem fabulæ dederunt Myri; Murenæ cum ſerpentibus, tanta cadit ſimilitudo, ut qui Myrum Murenæ copulatum viderint. Viperæ marem eſſe crediderunt ob id quoque magis, cùm ſerpentum in morem, corpora permiſceant & complectantur. Rondoletius plura obſervavit lib. 14. cap. 6. ut quandoque colligam, marem Viperæ cum compare ſolùm coitu uti, nec alio complexu oblectari, ut diligenter hucuſq; obſervatum fuit, dum varijs generibus mixti ſerpentes in cretaceis dolijs retinentur incluſi.

# QVOD NON SIT VERUM
## *Viperam Semel tantùm parere, ſed pluries, & inde effœtam reddi.*

### CAP. X.

ANTIGONUS numero 25. nunquam bis parere aſſeruit; fœtus enim uterum peredit; de mirabilibus narrationibus; cum oſtenſum ſit antea, verum non eſſe, à Viperulis uterum perforari, ſed membranam, qua utero involuti naſcuntur, ut aliàs dixi, in mulieribus ſecundam vocant, quandoque in non naturali partu perforant, id quòd Plinius perperam reddidit viſcera perforare, quod ex Viperarum quæ pepererunt diſſectione, omnino falſum deprehenditur. Pari quoque ratione cum Viperæ ingentem ovorum copiam contineant, ſeminibus portulacæ, aut papaveris ſimilimis, in duplici illa vulva, ut vix ſex vel ſeptem partubus abſolvi nequirent, & ſectione ex veteribus jam repertæ ſint, quæ ova omnia excluſerunt; ſignum id eſt, eſſe jam effœtas, & exuccas; propterea ab re non erit, cùm à cibis, tum à trochiſcorum compoſitio-

ne repellere, ut Auctor ad Pisonem putat. Sed sibi parûm constare visus est, quoniam cum alijs senserat à viperinis catulis enecari. Si id esset, effœtæ numquam evaderent, utrunq; enim simul verum esse nequiret. Multa sunt monstra, quæ in eo libro continentur, quæ in alijs Galeni libris (si eiusdem esset auctoris) non leguntur. Viperam per os semen recipere, caput maris obtruncare, hoc ipsa natura fieri non potest, Nõ enim dentes habet incisorios, & venenum non afficit venenatas serpentes, Sed quis crederet in coitu ob dulcedinem caput amputare maris? aut viperulis vterum perforari, & interimi? & similia, quæ à Galeno in proprijs libris non admittuntur; quoniam hujusmodi fabellas mirum in modũ ipse idem in Chrysippo damnaverat, & in his ut plurimum Aristotelem sequi consueverat, qui fuit diligentissimus. Relictis igitur nugis asseramus viperas coire, & concipere, ut dictum est, deinde plerumq; naturali partu viperulos excludere membranis tectos & reconditos, sed quandoq; præter naturæ ordinem exire sinè involucris, statim cum ipsis proijciendis, sed si quandoq; multitudinẽ ferre nõ possit uteri angustia, dirumpi sponte uterum, ut Theophrastus hanc unam maternæ mortis caussam comminiscitur, quod

acubus piscibus quoq; evenire observavit, id quod rarò contingeret in viperis. Naturale igitur est, ut supervivant, ut rursus pręgnantes reddantur, & postremo tot partubus effœtæ & in omnibus inutiles fiant.



## *CUR SOLA VIPERA PRÆ cæteris serpentibus in cibis & antidotis utantur antiqui.*

### CAP. XI.

N Andromachi Galene, quæ Theriaca postea à Critone est appellata, ex tam multis serpentibus, non alicuius alterius, sed solius Viperę idoneas carnes fuisse judicatas cognovimus, quę in antidoto positis commiscerentur. Auctor ad Pisonem ad hanc solam causam referendum esse indicavit, quòd Viperę sibi præ cæteris non tam noxiam in se vim habere sibi viderentur, utiq; si Basiliscum conspectu & auditu enecare scribit, & tam violentum eum esse, ut si quod animal mortuum attingat, commoriatur. Dryinus & Dryina, quæ in radicibus quercus commorantur, adeò pestifera qualitate præditi sunt, ut supra ipsos transeuntium pedes quidem

exco-

excorientur, crura verò tota valde tumefiant, & quod mirabilius adhuc est, si quis ægrum curare velit, medentium manus repelli; & sic de reliquis indicat. Ne longum faciam sermonem, multa fabulosa in hoc reperiri scriptore jam confirmavi: sed ego facile Andromachũ præ cęteris Viperã Theriacę commiscuisse arbitror, quoniam multò antea Nicander ejus caput ad serpentum ictus imponi jussisset, & vino & aqua propinasset tamquam antidotum. Sed certè medicina experta, longe melior est nõ experta; Propterea Andromachum hoc auctore, & observatione tam longa seculorum, quibus antea Nicander usus fuerat, & quoniam Romæ facilius haberi posset (etenim frequens est) illud etiam vehementer impulit, quod inter reliquos serpentes sola Vipera similima homini esse videtur; quoniam ejus caro hominem nutrit; simile enim à simili conservatur, & symbolica quadam virtute, hinc sympathiam quãdam habere inter se planum est, Ex eo maximè apparet, quod hominis vita longior multò efficitur ex Viperinæ carnis usu, & ex hominis morte, ut Pythagoras putat, ex ejus spinali medulla, Viperam & serpentem nasci, & inde in vitam prodire, ut Isidorus tradit lib. 2. cap. 4. Antigonus, Phegon. Trallianus, Appianus Alexandrinus,

*Lib.1.bel. civil.*

Caput

drinus, alijq; historici à mulieribus oriri Viperas; ex hominis quoq; capillis serpentes nasci tradiderunt, ex eo consensum probari, q Antigon⁹ n. 91. ex spina parvos serpentes nasci his q ante obitũ serpẽtis cadaver odorati fuerint, unde Archelaus hoc epigramma cõfecit:

*Cuncta in se alterni ævi vis longa revolvit,*
*Et vicibus certis omnia Mundus alit,*
*Et curvæ spinæ serpens, res mira, medullis*
*Nascitur, hoc monstrum putre cadaver habet.*
*Traxerat exanimi vivus serpentis odorem, &c.*

NB & quoniam corrupto sanguine menstruo, muliebri naturæ & ejus symptomatibus Viperæ carnibus occurrimus. Quin etiam corrupto vini dolio, viperæ vivæ in dolio & vino enecatæ, illud jam incorruptum reddiderunt & optimum restituerunt. Miro quodam modo in cella vinaria Romę Illustrissimi olim Cardinalis Ursini accidisse multorum testimonio & colloquijs accepimus. Ecce igitur quoniam notior erat, & Romę frequentior, & pariter usus apud antiquos; propterea Vipera tantùm in Theriaca Andromacho uti placuit; quoniam sola habet cum homine sympathiã. Nostra tamen ętate non defuêre, qui aspidum carnes & reliquorum, in Antidotis permiscere non erubuerint, quod ego temeritate magis quàm ratione fieri censerem, si sola Vipe-

ra idem præſtat, ut præſtare videtur, cũ amuletum ſit omnium venenorum, ad quid intus in corpore alio graviori veneno uti? aut cibo magis horrido, aut antidoto periculoſiori? niſi ἀςαϐν Nicandro aſpis ſit, eo enim cũ vipera uti videtur, ut infra apparebit, ſed ab Andromacho rejectum, quale ſit re vera mihi cũ multis incompertum adhuc eſt.



## *QVIS AVCTOR PRIMVM carne Viperina in Theriaca ſit uſus.*

### CAP. XII.

PROFECTÒ Galenus, & Auctor ille ad Piſonem, ſi quis alius ſit, uni tãtùm Andromacho in Theriacæ confectione, quæ antea ſine viperis parabatur, vipereos paſtillos acceptos & permixtos referant, quod quidem verum non eſſe nemo diffiteretur, niſi contentioſe agere vellet, ipſe enim primus in ea quãtitate probari apponi excogitavit, eoq́; modo pręparari, ut etiam nunc utimur, juſſit, verum ab ipſo Nicandro primùm Viperę uſum didiciſſe, velit, nolit, Andromachus confiteri cogeretur. Nicandri enim in Theriacis, uti omittamus gręca carmina, latina tantũ referamus:

*Semina quin capias dissecta ex hipposelino,*
*Drachmarumq; duûm, myrrhæ addes pondus amaræ.*
*Detonsum & granum quod munit arista cumino*
*Certa lege librans, & echidnam, aut astata miscens*
*Sunt sorbenda tibi cyathis permista Lyæi.*

A principio pro emplastro ad venenũ exugendum caput Viperæ vulneri superadditum fuisse paulò infra apparebit.

*Vipereum jecur potatum sæpè meraco,*
*Profuit in schedio, caput aut lugubris echidnæ*
*Limphis est dandum stillis immanis jacchi.*

Hic capita Viperarũ intus Nicander exhibet cum vino, quod Plinius non recipit, verùm idem ictibus contusum imponit utiliter. Patet igitur ex his Andromachum Theriacã cum carne Viperæ, eo modo quo nunc utimur primum immiscuisse, & in abusum abijsse. Ab Antonino Imperatore revocatũ usum ferunt, id quoq; munus rectè conficiendi regia Antidota, primum Demetrio, deinde Archiano, quo mortuo Claudio Galeno demandatum fuit, & tam frequens ejus usus Romæ invaluit, ut omnes ferè Urbis primates studiosissimè domi præparerent, quod facilè ex Galeno libris de Antidotis apparet, & ex eo quoq; libro ad Pisonem, & altero ad Pamphilianum constat. Sed hinc ad quingentos ferè annos ad tantam disuetudinem venêre Viperæ, ut non à cæteris serpentibus dignoscerentur,

id quod plene colligitur, ex duobus Nicolai Leoniceni libellis, & ex Francisci Caballi Brixiani opusculo, & ex aureo Ambrosij Leonis Nolani libro. Hi omnes sui temporis, hoc est, superioris seculi cæcitatem deplorarunt, & omnia in abusum abierunt, & illius quoque temporis ignaviam detestantur. Neq; etiam Theriacam, quę mirificas facultates haberet, ignoratione Viperæ & aliorum medicamentorum, tunc conficere ritè potuissent, & inutilis ferè erat si parabatur. Si basis Theriacæ sunt Viperini pastilli, & illi ipsi rectè confici nõ valebant ignorata vipera, ad reliquos serpentes Arabes recurrebant. Sed his cæcos oculos N. Leonicenus aperuit primus omnium, & alij nisi errorem præcognovissent in eisdem tenebris versati fuissent, & multi pertinaciter errassent, atq; perstitissent, ut tam efficax remedium toto suo corpore excellens diutius retardarent, quod corpore toto, carne, pelle, oleo, ossibus, pinguedine, pulvere, aut cinere, laqueis, pastillis, & antidotis, vino quoq;, & salibus mirificè prodest; sed hoc naturæ dono scitum, quæ cuncta gignit, & suo gremio complectitur, ad hominum salutem notum esse voluit, & oblata occasione cum experientia cognitũ; veluti, quis potuit marinos sciones, ut vocant, osseo manubrio, seu osse bubalino

lino, vel annulo, ſtatim retundi, aut vinci, niſi experientia? & occaſione experientię oblata à divina providentia, quæ nobis Ariſtotele auctore ſub caſu, aut fortuna tegitur; quis protulit rutam & citrum venenis conferre, niſi eodem propè modo natura occurriſſet? quis docere potuiſſet, Cacodæmona in humano corpore latitare, naturali quodam ſigno deprehendi poſſe, niſi Deus conſignaſſet noſtris animis, ut Argento vivo optimè expurgato, in arundine munda occluſa, ſi collo ſuſpenſum deferatur, nigrum fieri, & mirabiliter immutari dignoſci Deus permiſiſſet, qui ut ſolem nubibus, aërem imbribus, & exhalationibus tetris obſcurat, Ita pariter virtutem, ſalutaria remedia, ſcientias, artes, bellorum turbinibus diſſipari, peſte deijci, diſcordia obſcurari permittit; virtutes quoque negligentia obrui. Poſtremo veritas ipſa diù latere non poteſt, & à profundo Democritis puteo eruitur. De his hucuſq; ſatis.



## *QVO ANNI TEMPORE Venandæ, & quam diù retinendæ ſint Viperæ, cum pro antidotis, tùm pro cibis.*

## CAP. XIII.

VIPERA vere & autumno, bis ſcilicet in anno, ſenectã exuit. Teſtis eſt Ariſtoteles lib. 8. cap. 17. de animalium hiſtoria. Excoriari autem cutis ægrotantibus illis, qui Viperarum carnibus utuntur, annuatim ſolet, quas illi ipſi ſenectam, deponerent, Propterea ꝙ ad cutim caro illa humores depellit per ulcuſcula & per ſudores. Eò igitur potiſſimum tempore, quo ſenectam deponunt, vel paulò antea quàm depoſuerint, venandæ ſunt; hyeme & extremo autumno terra teguntur, non ſaxis, & arborum cavis, ut reliqua ſerpẽtum genera. Auctor Plinius lib. 8. cap. 39. qui Ariſtoteli lib. 10. cap. 62. contradicit, qui ſub ſaxis concedi voluit, & Auctor ad Piſonem cap. 13. Plinio non adhæret, qui ſub cavernis & ſaxis tegi, Ariſtotele Auctore, ſibi perſuaſit, unde magis peſtilentem & noxiam qualitatẽ retinere voluit. Nos ſcimus ex ruſticorum obſervatione terra etiam condi, & cum hyeme altius effodiunt, ſtupidas glomerata terra circùm amplecti. Nulli igitur lis adjudicanda erit. Colligendas autem Viperas initio veris libro primo de Antidotis Galenus profitetur & jubet. Aliqui, qui æſtate media venantur graviſſimo errore implicantur. Neq; ſta-

tim ubi egressæ è terra aut saxis fuerint, eas venari oportet; æstate siquidem earum carnes ingentem sitim excitant, statimq; ab egressu frigidæ & siccæ & extenuatæ inedia sunt. Oportunum itaq; tempus est, quod his mediũ intercidit, quodq; Andromachus ipse significavit, eo tempore, quo Libero patri sacra fiũt, viperas capiamus; Vere quidem finiente, nondum tamen æstate incipiente, vel si ver quo ad magnam sui partem hyemale fuerit, circa principium æstatis non multò post Plejadum, aut Virgilarum ortum, ut Galenus libro de Antidotis ad verbum scribit. Viperas autem vere jam desinẽte, ęstateq; incipiente, aut vindemiæ tempore, Andromachus comprehendere jubet; Vitandam nimirùm æstatem totam, excepto principio, usq; ad canis ortum, & inde sequens tempus, quod aliquibus ὀπώραι i. mollioris corticis fructus collectio peculiariter dicitur paulo post. Vindemiæ autẽ tempore, quod autumni medium est; quærendas & apprehẽdendas Viperas censet, quòd magnæ, corpulentæq; sint, aneto imposito elixandæ, deinde carnem ex decem cõsimilibus Viperis collectam, uni siliginei panis unciæ comiscendam, atq; ita pastillos Andromachi filius conficiendos suasit. Ex Critone Galenus lib.1.de Antidotis cap.8.eadem con-

firmat

firmat, & ad Pamphilianum circa finem Auctor, paulò antè captas non diù retentas Viperas pro Theriaca aſſumit, namq́; multo tẽpore retentæ magis ſunt venenoſæ; Conijcere hoc ex jejunis hominibus licet. Sic etiã Crito finiente vere vel autumno, comprehendẽdas Viperas judicavit, eligendaſq́; eas eſſe, quæ magno & craſſo corpore ſunt, anetoq́; impoſito elixandas, carnibus autem ex decem Viperis, majoribus ſelectis, unam ſiliginei panis unciam ad miſcendam fore præcipit, atq́; ita paſtillos Theriacales appellatos conficit. Tẽpus igitur colligendi ſtatutum ſit, & eas occidendi, ſi Ver fuerit benè cõſtitutũ, in ipſo Vere, ſi verò hyemale ver, non multò poſt Plejadum exortũ, qui Sirigato Auctori erat ſeptima Maî ante Kalendarium Gregorianum, de quo tẽpore Ulyſſes Aldrovandus noſtri ſæculi ornamentũ exactiſſimè diſſeruit. Quo igitur tẽpore venandæ ſint Viperæ, & quo tempore occidẽdæ, ex his quę allata ſunt eſt manifeſtũ.



## *TVNC QVÆ PARTES aſſumendæ ſint pro cibis, & antidotis, & quo modo præparandæ; ſed prius, quæ in totum abijciendæ, aut eligendæ.*

## CAP. XIV.

IUVENCULAS Viperas nondũ parere aſſuetas, quæ intus innumera ova portulacæ aut papaveris ſeminibus paulò majora habere ex diſſectionib. innotuit, quæ maris ſemine ſuſcepto bis in anno vivas Viperas edũt, longo tamẽ temporis curriculo, excuſſis ovis, effœtæ ut gallinę reddũtur, & tot partub. emaciatæ tanquam inutiles & exuccæ à Theriaca reijciuntur. Dùm verò Viperulę cõſiſtunt, antequam ovorum ſeminariũ à natura ſuſceperint, in cõpletę cum ſint, omnes reijciũtur. Et à Galeno prægnantes ob nutrimentum grandiorib. ovis, in avellanę nucis magnitudinem, viperulis impertitum, quoniã plurimum corporeæ ſubſtantiæ cõſumpſerunt, propterea à confectione Theriaces propelluntur. Solę igitur Viperę, non maſculi Viperarum, quę ſeminarium ęquale ſemini papaverum habuerint, recipiantur pro confectione paſtillorum, & ꝓ cibis. Quæ verò ova nõ habuerint, neceſſe eſt, vel incõpletas eſſe, vel effœtas, & ꝓpterea reijciendas tanquam inutiles. Pręgnantes verò ſi grandiora ova, vel viperulos intus retineant, tunc ut invalidæ repelluntur. Quãdo jã mortuæ & excoriatæ fuerint, ablatis partib. auferendis, niſi diutius in aqua volutentur, tanquã

parùm valẽtes repelluntur, earum n. caro mucida invalidaq; eſt, quę vero diuti⁹ innatarint, & tanquam vivæ volutentur, optimæ ſunt, & tanquam præſtantiſſimæ à Galeno eliguntur lib. 2. de Antidotis. Igitur ſolę partes, ideſt, trũcũ illud, abſciſſis capite, cauda, pelle, & interaneis omnib. eligitur, ad paſtillos conficiendos & ad cibos; ex optimis & approbatis, ac majoribus Viperis; quæ n. hujuſmodi non fuerint, invalidã Theriacã conficerent, & nutrimentũ pariter invalidum afferent, propterea ſunt repellendæ, præcipuè, ſi in aqua longo tempore exenteratæ non volutentur.

## *DE DISSECTIONE ANAtomica in univerſum.*

### Cap. XV.


SI antiquiores Viperę Anatomen, ſicuti Chamæleõtis tradidiſſent, quòd refert Plini⁹, multos equidẽ errores evitaſſent; ſed ob horrorem, aut veneni ſuſpicionem, eam reliquiſſe exiſtimandũ eſt; cumq; in capite ſit venenũ, nobis ictu per moleſtum, ab eo primum exordiri par eſt. Cerebrum tam puſillum habet, ut vix quatuor granorum milij æquet magnitudinem & quantitatẽ, & propterea calidum, & ſiccum animal à quibuſdã dicitur, quoniã

cordis

cordis calorem, quod immodicum est, nō attēperat cerebrum; colore subnigrum est. Dētes tā mas quā fœmina quatuor habet, sed fœminis firmiores, stabilioresq́;, quippè pro tēpore quatuor insunt, duos verò deciduos habet mas, perēnes alios. Quare in his enumerādis, & signis enunciādis, an à fœmina, vel à mare ulcuscula inflicta fuerint, decipiuntur omnes, turpiter à Nicandro decepti, qui dicit signa maris & ictus ejus, duo semper foramina adesse, cum quandoq; quatuor sint & esse possunt antequā decidant. Ex nostratib. recenter deceptus est Amatus Lusitanus, & paulò antè celeberrimus, & splendidissimus linguarū notitia, & scientiarum splendore, Hieronymus Mercurialis qui duo tantùm semper esse crediderunt. Cor habet grandiusculum, in pericardio mobile, & quādo alexiterio occiditur, concitatius movet, quàm si ferro enecaretur, ob repugnantiam alexiteriarum cū corde ad venena. Jecur habet oblongum; vena admodum crassa medium percurrit, quę certè á corde oritur, & complantata est usq; ad extremā serpentis caudam, percurrit super hanc venā apertè. Jecur compositum est quasi parenchyma sit. Penis masculo duplex; quatuor quoq; testes. Fęminæ vulva duplex, & orificium duplex, oblonga, satis plena ovorum; intus ova

Dentes. Cor. Iecur

parit. Utrum verò in ambob. uteris eodem tẽpore semẽ immittatur ab utroq; pene, an quãdoq; uno uni, quandoq; altero alteri, sivè ab alterutro genitali proijciatur; incertum prorsus omnibus est hucusq;.



## DE VIPERA COEUNTE cum masculo.

### CAP. XVI.

PRIMA hæc tabula coeuntis cum masculo Viperæ, sicuti reliquæ serpentes faciunt, verè apposita est, ut facilius dignosceretur, fieri non posse, ut mas à Vipera ita facilè occidatur dum coit; neq; enim verum est, semen ex ore accipere, quod revera per penem subtus immittitur, à Viperæ vulva ad uteros ingressus. B Masculi penes duplices, in quibus explicandis majorem in Aristotele diligentiam requisivissem, præcipuè etiam in testibus & vasibus seminarijs, quæ in serpentibus esse denegavit. Hæc est figura communis coeuntium serpentum, qui sivè erecti super terram, sivé strati, hoc certè complexu cohærent, & Aristoteles meminit, & Plinius.



VIPERÆ COHEVNTIS. TAB. I.

## *DE VIPERA PARTV-riente, Tabula ſecunda.*


### Cap. XVII.




RIMO loca poſita & explicata coeuntis Viperæ; ſecundo loco parturientis figura præmonſtrata fuit, quò de partu ab antiquis ferè omnibus, uno excepto Ariſtotele, monſtra & nugæ tollerentur, quæ à vero longiſſimè abſunt. Viperam in partu enecari, & caput maſculi à vipera abſcindi, utrumque à vero longè diſtat. C, igitur dentes canini, acuti, perforantes cum veſicis, aut gingivis indicant. A & B, latera ſuperiora capitis eminentia, quæ à Nicandro tubera & cornua vocantur. D, os vulvæ, vel oſculum externum cum catulo Vipereo, F, exeunte. E, ſanguis, & fœtus excrementa circumfuſa. G, Viperulus in involucro mox exiens, quod ſtatim dehiſcit, ac rumpitur, veluti ſecunda in puerulis. Hic autem Viperulus naturaliter exiens, nondum ſenectam exuit uterinam, qua triduò exſpoliari ſolent. Et hac in re diligenter animadvertendum eſt, Ariſtotelem ambuiguitate laborare, ideſt, involu-

crum, mox à Viperulo perforatum, extra quod M. viperulus exijt, pro ſenecta Viperina perperam accepiſſe, quæ triduo ſolvitur. L. expoliatur.

Et hæc ſunt in ſecunda figura Viperæ parturientis accuratè explicata.







PARIENTIS. TAB. II.
A
B
C
D
E
F
G
H
I
L
M


## *INTERNARUM VIPERÆ PARtium explicatio, Tabula tertia.*
## CAP. XVIII.


NTERNA Viperei corporis parte in collo gula adest, à Græcis æsophag⁹; & larinx & pharinx asperæ arteriæ capita sunt, & partes, quæ ad pulmones ducũt, & simul apparent Gula, sivè æsophagus, & aspera arteria, per quã spiritus à pulmone foras educitur & introit. Prima igitur litera T & R, est aspera arteria, sivè ejus partes sunt. Pulmo igitur est veluti vesicula oblonga, membranosa, varijsq; meatibus plena aëre turget. P & Q. sunt venæ, seu arteriæ, quæ ascendunt à corde & ab hepate ad gingivas, seu dentium vesiculas. S, æsophagum denotat. N, cor in pericardio. M, vero Jecur, per quod vena excurrit. L, ventriculum denotat, cui proxima est, K, vesi cu la fellis, & O, vena, quæ ab hepate ad radices dentium ichorosum & pravum sanguinem, aut fel veneni defert, ibique in dentium radicibus venenum actu Vipereum efficitur. G, fundum ventriculi, & principium recti intestini cui infigitur. E & C, est exitus fœtuum. H & I, ovorum receptaculum, ut in gallinis, significãt; & cõsequenter ejus amplitudinẽ. D & E, vasa seminaria demonstrãt. A verò & B, sunt orificia intrinseca uterorum bifida, seu bipartita. Et hi sunt characteres tertiæ tabulæ.


VIPERÆ INTESTINA. TAB: III.
T
P
Q
R
S
N
M
O
L
K
G
I
H
E
D
B
C
A

MASCVLI EXPLICATIO TAB. IIII.





## *VIPERÆ MASCULI INternorum Anatomes explicatio.*

### CAP. XIX.

IN Maſculi figura, & internorum anatome, A A, nobis teſtes deſignant, & eorum ſitus. X X, ſunt vaſa deferentia ipſum ſemen, varijs ex anfractibus conſtituta, quæ terminantur ad I & L, vaſa præparantia ſemen in ipſis penibus per ſuas venas, & Q & R, ſunt duo penes, qui terminantur uſq; ad radicẽ caudæ, & in ſumma eorum parte, M & N, ſunt pelliculæ integentes penes, in parte anteriori ſunt aſperitates quædam, quemadmodum denotat littera, Z, & quando turgidi fiunt, aut extra violenter emittuntur, uti ſæpe apud Paulum vidimus, penes hanc formam referre, Y, aſpectu aſpero, ut erinaceus. B B, ipſa penium orificia; ſita ſunt juxta anum. Y Y, ſunt autem renes, & ſeroſitatum loca. H, eſt rectus inteſtinus. S, colon inteſtinum flexuoſum, quod terminatur in ſiniſtro. Z, ſplen annectitur ipſi colo, ad fundum ſtomachi. E, ſtomachus, ſeù ventriculus, qui ſub Iecore latitat. Hanc unam maſculi anatomen, eximius linguarum peritia, & ſcientiarum cogni-

tione,

tione, D. Timotheus Camontius diligentissimè conficit, qui in sua juventa mirificos ingenij fructus pollicetur, si longiorem ei vitam DEUS præstiterit.

## QVA RATIONE VIPERæ caro omnes morbos venenatos curet; & primum eos ab intemperie.


### CAP. XX.

HAc una ratione partes nostrũ corpus constituentes, vel similares esse probabimus, quarum actio quoque erit similiaris, & quando leditur, morbus pariter vocatur similaris; vel partes omninò dissimilares esse, aut instrumentarias, ex quarum actionibus læsis, morbi fiunt, & demonstrantur instrumentarij; sed si ex utriusq; simul iunctis actio læderetur, tertium morborum genus mixtum orire-tur, & continui solutio vocabitur. Cum igitur neq; plures, neq; pauciores in humano corpore vigeant actiones, necessario sequitur, nullũ aliud morbi genus advenire posse. In aliquo itaq; genere horum trium, vel in his ipsis reponendi sunt venenati morbi; Sed quidẽ perpetuũ esse, in venenis omnibus, ut cor petant,

& temperamentum ejus diſſolvant, propterea primo ad partes ſimilares tantùm morbos venenatos pertinere; & iſta ratione reduci debẽt ad morbos malæ intemperiei; quandoquidem ipſa cordis temperies ex venenis deſtruitur vi venefica, verùm & ultimum ejus temperamẽtum, quod à Galeno nomine totius ſubſtantiæ vocatur, quæ eſt quædam permanens diſpoſitio, acquiſita ex certa qualitatũ omniũ primarum & ſecundarum proportione, & ita cordis temperamentum, & ab eo totius corporis temperies collocatur. Igitur morbi, qui à tota ſubſtantia, aut ab innominata qualitate fiunt, in ſecundo partium ſimiliarium genere reponuntur, Galeno auctore lib. Simpl. medicamentorum 5. capit. 17. Primos igitur ſimilarium morbos, ab evidentibus qualitatib. contrarios notat; ſecundos verò è qualitatib. innominatis, ſeu à tota ſubſtantia fieri, ſuiſq; tolli contrarijs voluit; Opiũ igitur & euphorbium, tapſiá, & hujuſmodi, non pura qualitate tantùm, ſed ab ipſa etiam ſubſtantia horum nos afficere. Concluſio igitur erit vera, quòd morbi à tota ſubſtãtia, ſeu innominatæ qualitatis, aut venenati, ad ſimilarium partiũ morbos reducantur, quibus remedia ſola experientia non ratione adinventa, ut quæ methodo non comprobantur, Galenus ſta-

tuit Meth. lib. 6. coment. 6. Popularium lib. 12. & 13. Meth. & lib. 5. Simpl. cap. 17. & 19. quoniam methodo adinveniri non possunt, sed jam cognitis, benè methodo confirmari; Sed mala ista intemperies, sivè innominata qualitas, tollitur à rebus occurrentibus à tota substantia. Sed quoniam diximus carnem Viperæ occurrere omnibus venenis, præcipuè virulẽtorum omnium, antequam ad cor prorepant, carne ipsa sola, aut assa, aut elixa, aut cũ ptisana, aut cum aqua vitæ, vel vino, vel Theriaca, & quando morbus requirat, cum aqua rosata, utpotè in febribus mali moris, in peste, & in febre pestifera cum syrupo ex toto citro, vel refrangatur cum acido citri, vel oxalidum, vel decocto ex soncho, & pimpinella, acetosa, & appijs malis cum punctis rubeis, & sic in intemperaturis venenosisq; morbis in partibus similaribus occurremus.

NB Caro.



## *DE MORBIS INSTRUmentarijs venenosis, & eorum curatione, externis & internis remedijs.*

### CAP. XXI.


Nstrumentarii morbi, qui à materia venenata fit, vel forma, vel figura, vel numerus, vel ſitus partiũ læditur, & propterea partium compoſitio in una quaq; lædi certum eſt, ut infra probabitur. Ergo tota compoſitio à veneno ſubvertitur, quòd propietate ſubſtantiæ contrariatur. Eis igitur remedijs à tota ſubſtantia contrarijs tolletur. Quando igitur á venenata materia læditur compoſitio, intumeſcit corpus, forma & figura corrumpitur, ut abruptionem minari videatur, ut in morbis venenatis, quoniam partes inſtrumentariæ toto genere præter naturam afficiuntur. Galenus com. primo numero 6. de Natura humana, & 21. tumores interdum excitari ab humoribus ſupervacaneis, qualitate peccantibus, & quandoq; venenoſis. Morbus igitur organicus, & magnitudine lædit eximia. Igitur morbus in magnitudine eſt inſtrumentarius venenatus; & quoniam quandoq; ſtrumæ fiunt à venenoſa materia, capite 9. de differentijs morborum reponit inter morbos auctę magnitudinis, qui ſunt inſtrumentorum, qui vaſta magnitudine lædunt. His igitur omnibus, & alijs venenoſis morbis inſtrumentalib. elixas viperarum carnes prodeſſe, ſcripſit Dioſcorides. Viperæ caput

put collo appēſum adverſus gutturis morbos efficax eſt, ut ſcribit Jacobus VVeckerus. Corio quoq; circumvolutum & collo appenſum juvare teſtatur Antonius Ludovicus cap. 21. de Occultis proprietatibus. Marcellus Medicus Antiquus cap. 15. de Medicamentis, ſynanchas naſcentes maximè prohibere, & adnatas curare aſſerit. Conſtantinus Africanus: caput Viperæ, filo lanæ aut ſerici ſuffocatæ, periculo ſublevat ægrotantes. Alexander de Benedictis Veronenſis, lib. 8. cap. 5. Hoc idem confirmat etiam Galenus, lib. 6. ſimpl. capite de peonia. lib. 3. cap. 5. Paulus Ægineta in Anginæ curatione: omnia præterea Viperę oſſa, ſi ad collum in purpurea ſindone colligata deferantur, ab omni venenato affectu deferentem præſervant, & à peſte liberant, & plurimum contra epilepſiam valent, & vertiginem. De ſecretis naturæ Iacobus Periander affirmat, qui ſemel Viperæ dente tangitur, nulla in poſterum venena formidabit. Pierius Valerianus lib. 14. in Vipera, & in Æſculapio 16. & lib. 25. in coturnice, probat carnes Viperinas curare morbos contumaciſſimos, ut etiam videmus hucuſq;. lib. vero 6. Raſis ad Almanſorem Regem cap. 35. Raymūdus Lullius de aquis reſurgentib. ſcribit, aquā ex Viperis, ex balneo mariæ, ad vitę longitu-

dinem comparandam, & iuventutem retinẽdam, contra pestem, & venena, mirum in modum prodesse. ad ea quæ jam diximus. Plinius lib. 29. cap. 4. contra omnium serpentum virus, quamvis insanabile, serpẽtum exta imposita auxiliari. Antonius Ludovicus Vlyssiponensis lib. 3. cap. 2. de occulta proprietate asserit, eos qui à Viperis demorsi sunt, efficax veneni vis celeriter mori compellit, sed harũ corpora tota, præcipuè exta & capita trita & imposita, exitiũ cohibere, sed à principio plurimùm valent, etiam ad phalangiorũ ictus, & omnib. venenatis experientia plurimùm valere comprobatũ fuit, ne singula enumerem, etiam in rabido cane, pilos & cutem caninam, sanguinẽ ejus potum, quod Marsilio Ficino, & Divo Ambrosio plurimum placuit. Adeps Crocodili suos morsus sanat. Ex his jam patet instrumentatios morbos venenosos plerosq; proprijs antidotis sanari, ut crapadino lapide in capite buffonis reperto ejusmorbos curari, uti os cordis cervi venenatæ caudę occurrere.

Adeps



## *QVA RATIONE SOLVTÆ continuitatis morbis succurrat viperæ caro.*

## CAP. XXII.



ALIGNA ulcera cacoethe vocata, Galeno auctore, lib. 4. Meth. cap. 5. ſunt quæ omnibus ritè, decenterq; factis, non ſanantur, & contumaciter perdurant, intus & extra. Cauſam verò huius contumaciæ reddit Galenus lib. 1. de Comp. Medicamentorum per genera, cap. 18. & lib. 4. cap. 1. & pariter lib. 1. de Medicamentis per loca. Eſt intemperies inducta membris, ex cachexia partis affectæ, ſed eſt primum mala intemperies cum ſuperiori non ſolùm ſimilaribus partibus affectis, ſed etiam inſtrumentarijs, Comes Montanus lib. 3. cap. 17. quando igitur ex venenata arteria abſcedunt carnes, & ulcera fiunt graviſſima, & ſolvitur continuum, ut Ariſtoteles meminit in eo libello, de mirabilibus Auſcultationibus, ſi illius eſt, circa Italiã in Circæo promontorio lethale venenũ naſci tanta vi, ut ſumptum mox pilis corpus totũ & nudum reddat, ac ſolvat, adeò membra cuncta veluti liqueſcentia cadaverum ſpeciẽ miſerabilem tota ſuperficie præbeant. Hoc veneno ferunt Pomeſtrum Caiumq; Cleonymo Spartiatæ inſidiatos eſſe, verùm deprehenſos, & ex animatos in Tarquinijs ſupplicio affectos; cui venenatæ ſolutioni continui-

NB
lepra
Vin:
Caro

tatis, Viperarum carne, ut ostendã, facile Medicus occurisset. Scribit enim lib. 4. de Abstinentia ab esu animalium Porphyrius: servum Crateris Medici, dum immanissima lepra laboraret, & carnes ossibus abscederent, potato vino in quo visa est Vipera mortua, statim convaluisse. Refert etiam Plinius lib. 30. Musam Medicum illum singularẽ Augusti temporibus Romæ in pessima ulcera incidisse, carnes enim utiq; ab ossibus abscedebãt, multis frustra adhibitis medicamentis tandem præparatas Viperas ei dedisse testatur, & mira celeritate persanatum. Ecce igitur solutioni venenatæ continuitatis, etiam si ferro venenato contingeret, rationabiliter Viperæ caro succurret, quoniam materiam, quæ unionem partium disjungit, extra corpus pellit, in totũ natura ipsa unit, ablato impedimento, tutò & celeriter efficit.

## *QVIBVS MORBIS ANtiqui carne Viperina uterentur, Auctorum sententiæ.*

### Cap. XXIII.



Democritus Abderita mõstra ex Vipera facere pollicetur, ut avium sermones intelligantur. Plinius Auctor est lib. 29. cap. 6.

jus Viperæ, quæ intra continētur venena, extra expellere, & rationi consonum, cognita ejus natura, & pruritum à corpore trudere pariter certum. Cineres Viperini capitis vino exceptos, aut aliquo liquore, oculis inunctis cæcutientibus conferunt. Anguineus adeps ęrugini permixtus ruptas oculorum partes sanat, & ejusdem senecta exusta si affricetur oculorum claritatem inducit. Plutarchus in opusculo in quo loquaces taxantur, Plinio subscribit, eos qui aliquando Viperæ Iecur coctum assumpserint nunquã postea à serpente feriri. Idem quoq; lib. 9. Bibliotheces Diodorus Siculus, confirmat. Hinc Psylli & Marsi, ut potè Iecore & carne vescentes, earum ictus lethales minimè sentiunt. Probibaliq; hac cõjectura id affirmari posset, etiã habitu acquisito ex longo serpentum victu alexicaco, semen in Marsis & Psyllis cum eadem facultate consistere est necesse; nec mirum si eorum filij postea à serpentibus non tangantur; & hac nota uxorum pudicitiam explorare consvevêre. Sed fallax interim est experimentũ. Psylli enim & Marsi omnes eodem victu utentes, eandem habere in semine facultatem, est maxime necessarium. Cum externis populis si commiscerentur, facilè deprehendi posset; sed inter eos comuni vitę genere utentes, non in-

terſtinguit, ſed hæc παρέργως. Viperinã pimguedinem ſuffuſionum initia obliterare quãdoq; Galenus aſſerebat. Paulus ejus ſimius cõfirmavit. Viperæ pellis pariter combuſta & in cinerem redacta, aut in pulverem, alopecijs mirificè medetur, & pilos iterum naſci cogit. Auctor ad Piſonem. Ægineta lib. 7. capita viperarum combuſta, mola, ut ſcribit Aëtius ſermone ſecundo cap. 155. de capitibus viperarum, ad cinerem deinde trita, cum lupinorum decocto temporibus illita, diuturnum oculorum fluxum ſiſtunt. Cap. 170. caro Viperæ comeſta palàm calefacit & ſiccat. Ariſtotelis vero ſentẽtia frigida & ſicca eſt. Galenus Ariſtoteli libro 2. locorum affectorum ſubſcribit, propriamq; naturam frigidam & ſiccam eſſe; ſed poſtea cum aneto & ſale decoctam, calidam & ſiccam fieri. Scythæ caput ipſarum inter aures diſſecant, & lapidem adinveniunt, quem ajunt ab ea devorari, cum terrore. Hieronymus Cardanus ad Joannem Archiepiſcopum Sancti Andreæ, difficultate ſpirandi laborantẽ, ſecretum, quo nec dudùm propalatũ eſſe majus aſſerit, quod phtyſicos, & elephanticos, & gallico morbo laborantes, quantum vis graviter, præter omnem ſpem, ad integram valetudinem perducit, & eoſdẽ pingues reddit, certò deploratorum cognito,

& plu-


&pluries obſervato experimento, mox addit: Viperam illam rubram, brevem, rotudam, & craſſam eligito, quæ in Gallia Ciſalpina nomine miliort appellatur, abſcinde extrema pro more, & excoria, & inteſtina proijce, colligito pinguedinem, & in vaſe vitreo, & ſeca in particulas, ut ſolem⁹ anguillas, & decoque in aqua cũ modico ſale & belzoi, & ferè in fine, ut moris eſt, folia petroſillij addito, & in hoc jure panis madeat, quo utatur pro prandio, & pariter carne, deinde jus bibat, pinguedine ſpina tota ſeu dorſum illinatur, & itidem juncturæ, & loca pulſus uſq; ad ſeptimam diẽ, aut plus proſequatur; æger in loco calido commorari interim debet. Materia tota mortifera per ulcuſcula, & tubercula, & ſudorem expellitur extra, & intus ab omnibus pectoris & pulmonis ulcerib. liberi evadunt, deducta extra improba materia. Sed inunctiò cum fricatione fieri debet, quò facilius per adapertos poros extrudatur malum à virtute expulſiva. Interim Medicus nihil aliud moliatur. Bibat juſculum; quæ materia eſt multi uſus, quoniã eſt ſine fœditate & periculo. Quod ſi id prętat, ut cõſtanter aſſerit Cardanus, Arcanũ mirificum & incomparabile mihi videtur. Sed nõdum experiri licuit in deploratæ ſalutis pauperculo in Noſocomio aliquo, ſed probabile admodum eſt.

# De Oleo Viperino.

## Cap. XXIV.


Leum Viperinum à recentioribus, ut pinguedo, efficax ad multa, & variè parari ſolet, & à principio in peſte inungendum eſſe, mirabilemque vim habere aſſerebat Alexander Maſſaria Vicentinus. lib. 2. Mirum in modũm laudabatur à Joanne Andernaco comẽt. 2. de Medicina veteri & nova, dialogo 8. Ex viperis oleum ſic conficitur. ℞. Viperarum nigrarum libras tres, olei ſeſamini ſextarium unum cum dimidio, in vaſe vitreato, anguſti oris, probè obturati, ne vapor inde exhalet, incoquuntur donec caro ab oſſibus decidat, deinde ubi refrixerint reponantur: Cutim expurgat, & impetigines, & alia id genus vitia ſanat, affectis partib. penna illitum. diſtinctione duodecima comentarij cuculatorũ in Meſuem, ubi multa ex Avicenna & Serapione congeſta ſunt. Manardus ſerpentes nigros pro viperis nigrioribus interpretatur, & hoc modo paratur. Viperæ aſſæ numero quatuor, demptis prius viſcerib. caudis & capitibus, ut

moris eſt, veru transfixæ, & ferventes in olei optimi defæcati veteris libris quatuor, & ſic obturato vaſe demittatur ſpatio ſex dierum infundi, poſtea in duplici vaſe ebullitione facta non levi, viperas cum duab. aquæ vitis uncijs, ac toto oleo, in quo prius infuſæ fuerant, eò uſq; iterū decoquantur, quouſq; aqua vitis evanuerit; refrigeratum oleum colo percoletur; ſalis albi optimè contriti uncia indatur, et garyophyllorū cōtritorū ęqua portio, ad drachmas duas, & obturato vaſe ad uſum recōdito, loco frigido & ſicco. Vas verò ſit figulinū, liquido vitro oblinitum. De oleo igitur ſufficiat, quod dictum eſt hucuſq;.



## *De Sale Viperino.*

### Cap. XXV.



Sal viperinus, eadē ferè promittit, ſi cum obſonijs aſſumatur, quæ caro viperina præſtare poſſit, ex quo ſale accidit nonnunquam ſquamas, ſeu ſcabiem quandam ex cute elephanticorum decidere. Aëtius ſermone 13. cap. 123. utique aſſerebat elepbanticos adintegrum Theriacis ſalibus, eos quotidie

ex liquamentis ad intinctus exhibentes una cũ obsonijs, curatos. Hi certè tùm sapore, tùm odore gratissimi sunt. Ad hoc præparandum majores perfectas viperas, sicut in theriaca cõficienda, optimè Auctores conquirunt. Quare hi, qui parvas & incõpletas admittunt, in præparandis quibusvis medicamẽtis malè faciũt, At in cibis, seniorũ præcipuè, recipiendas esse judicabimus, ob nutrimentum, quod nõ ita siccum futurum est. Salis hujus theriaci cõficiendi ratio apud antiquos nõ una tantùm fuit. Galenus lib. 11. simpl. Med. innuere videtur, nec ejus loci esse exacte explicare, seorsim tamen multis in locis meminit libr. de Subfiguratione empyrica, ubi testatur salem theriacum vulgo confici cæpisse, propterea omissam descriptionem arbitramur, quàm Auctor ad Pisonem cap. ultimo tradiderat, unde posteriores hauserũt. Hoc sale viperino omnes mensas antiquos exornasse, quilibet censeret, & quoniam vitæ longitudinem, & á morbis præservationẽ, curationemq; ad ejus usum acceptam referebant antiqui, uti apud Aëtium sermone satis longo 23. cap. 97. satis longo patet, aqud Paulum lib. 7. qui ex alijs transcripsit; sed hoc modo parari solebat ex viperis, & ad omnia quæ exarata sunt, utile admodum esse comperitur; quæ per frequentẽ

uſum, ac magis efficacem imprimuntur, quãquam violenter agant: propterea nonnulli ſunt, qui eorum vim & facultatẽ per aduſtionem diſſipari velint, & pervicaciter contendunt; at Aëtius medicorum cõſenſu, de remedica tàm benè meritùs, eãdem vim, quam ante aduſtionem poſſidebant ingredientia ſales theriacos, retinere conſtanter affirmat, nec facultatem rerum per ignem perire credidit, cũ multa ſint, quæ igne reparatorio. multò meliora reddantur. Viperæ integræ uſtæ vivæ, ut Gal. lib. de Subfiguratione empyrica docuit, in tenſam illã malignitatem deponunt, per exüſtionem. Temperamentum autem ab igne quorundum, & ſymmetriã augeri non eſt inficiandam, ſed propriè graviſſimis cutis affectionibus ſales conceduntur, cujus generis ſunt leuce, lepra, defluvium capillorum, & alia cutis vitia confeſtim delent, & acria incrementa ſubter cutim redundantia optimè diſcutiunt, pleriſq; n. ex eorum eſu ſudor prolicitur, atq; ita per exudationem corrupta ſubſtantia evacuatur, adeò ut quidam in principio pediculos excluſerĩt, infra 14. dies ad ſummum; poſt hos qui intus increati erant, extruſa materia tantùm evanuere; quidã ſputa pituitoſa, craſſa rejecerunt. Licet autem tùm in prandio, tùm in cæna his ſalibus uti, cum qui-

buſcunq; edulijs accipere velit; tanta in ipſis eſt ſuavitas inſita, ut magis voluptatis gratia cõfectos diceret. Licet igitur ad tria cochlearia per diem ex eis ſumere; maximè ſi cibus in vẽtre prius probè concoctus fuerit; quia eos interdum ſales accipiunt, ut melius conquere poſſint, & cibi apetentiam ſentiant, floridius corpus haberent, & ſenſus omnes vegetiores. Suffuſiones igitur incipientes & nondũ congelatas egregiè diſſolvunt, neq; planè quis in ſufuſiones incurret, qui eos ali quoties accipiũt. Purgationes mẽſtruas, propter obſtructiones, aut ſanguinis coagulationem, congelationeſque ſeu ob ſeroſitatis paupertatem ſuppreſſas cient. Idem ſales largum profluvium menſium ſiſtent. Qui autẽ eos præſumpſerit, is venenorum vim, & virus omnium beſtiarum, & inſidias, & pericula evincet, neq; etiã cum infectus fuerit poſtea, ſtatim ſales accipiet, periculũ incurret, maximé ſi corporis ſui habitum per horũ ſalium uſum antea confractum præparaverit, quemadmodũ Mithridatem Regem feciſſe dicunt. Pręſtat in ſtatu peſtilẽtię, ad hoc auxilium morbi depulſorium, & præcipuum remedium confugere, præſertim ſi ei Myrrhidẽ herbã immiſcueris. Morborũ præterea omnium medici ſales exiſtunt, præcipue eorum, qui in renibus ſunt affecti:

lapi-

lapidem enim in eis atterunt, & planè marcidos in integrum restituunt. Vertigini, & dolori capitis inveterato, comitialiq; morbo, nulla alia consimilis medela exhiberi potest, si quis eos per integrum ex ordine assumat. Novi arquatos diuturnos, splenicos, colicos, qui frequenter in hanc affectionem incidunt, per hos sales sanatos fuisse; Hydropem maxime universalem, & inter cutim aquam per eorum usum exiccari, & bovinam famem dissolvi, & tusses humentes, & tabidos mirabiliter ad bonam habitudinem reducere paulatim, si cum edulijs utantur. Exolutos & languentes profectò reviviscere faciunt, membris penitus resolutos, eorum usu sanatos. Ad podagram igitur incipientem, & omninò ad omnes articularios morbos curandos, unicum hoc remedium & edulium constructum esse videtur. Adhortor igitur omnes qui podagra liberari volunt, ut eis utantur cum judicio, & abstineant à sex rebus non naturalibus, à quibus morbi hi præcipuè incrementum suscipiunt, & incurabiles penè fiunt. Cæterum vix satis dignis verbis assequi queas, quantum diuturnas quartanas, & deliria ex atra bile oborta remorentur. Enecant omne lumbricorum genus. Dentes confricati, hærent firmius, neq; erosionem patiuntur, neq; obstupef-

cunt, caput purgant, & oculos minus graves reddunt, & visum acuunt. Apparantur autem hoc modo viperæ, oportet magnas accipere, eodemq́; tempore ferè captas, nec ultra biduum asservatas, sed si fieri potest eadem qua captæ sunt die, easdem vivas in ollam magnam figularem coquere oportet, statimq; supra ipsas salem communem, lotum & exiccatum mittere oportet album, Italici modij dimidium, id est, libras viginti immittito, atq́; id non in meridie, sed mane faciendum: tunc enim vigentes adhuc bestiæ ad motum tardiores sunt. Quod si fagi etiã arboris ramusculis vivas viperas cedas, ad motum tardiores reddes, & mirabilem soporem induces. Cum igitur, ut dictum est, cum salibus viperas gravaberis, pastillos etiam in sales adijcies, hoc modo apparatos: radicis gentianæ sesquilibram, aristolochiæ rotundæ sesquilibram, comæ centaureæ minoris libras duas, marrubij, scordei, apij, chamedrios, 5. rutæ hortensis, singulorum libras duas. Hæc omnia in crassas partes contundito, & cum Attico melle subacta, in quinq́;, aut septem pastillos, eo quo dixi modo, laxiores, ut probè exuri possint, reducito. Hos pastillos eo modo præparatos habens cum sale viperas vivas in ollam ad ignẽ imponito. Deinde scyllas electas, magnitudi-

ne

ne sua manus implentes, recentes qũinq;, in tenues partes distentas, pastillis super addito, aliumq; dimidium modium Italicum, hoc est, libras viginti salis super scyllas & pastillos inijcito, deinde ollam cooperculo tria foramina habente obturato, eumq; forinsecus totã luto figulino oblinito, ut si rumperetur nihil perire possit adhibito & oblinito, deinde sensim ignitur, admoveto, paulatimq; circum litura lutum, torreto, deinde aucta flamma per ficulneorum, aut vitis lignorum, ollæ subjectorum, exustionem, vaporem inde per foramina elatum observato, etiam fumum caveto diligenter: venenum enim exhalat postea vaporẽ flamma exilis per foramina exit, tunc optimè assatos putato, atq; ita olla ab igne ablata per diem & noctem refrigerata, usta per apertam ollam eximito, & tunc subscriptis condito; sunt autẽ hęc: ℞. rutæ sylvestris, hyssopi, an. dodrantem unum, nardi Celticæ, stachyos, sem. fœniculi montani, ãn. sexuncem, Peroselini Macedonici trientem, comę origani dodrantem, racemi amomi quadrantem, cacuminum thymi dodrantem, foliorũ malabatri trientem, baccarum juniperi libras duas, seminis coriandri, sexuncem, piperis longi libras duas, radicis silphij unc. 17. zinziberis non corrosi libras duas, seminis satyrij,

vel radicis, quinquuncē, pulegij montani ſexuncem, ſeminis menthæ ſexuncē, vel tantundē menthæ ſiccæ, tordilij, caſſiæ, unjuſcujuſq; quadrantem, ſeſeli Maſſilienſis ſexuncem, cinamomi electi unc. 1. Maxime autem conandum eſt, ut craſſiora (ſunt verò lignoſa omnia) contundendo attenuentur, nec quicquam ex eis reijciatur. Contuſa per anguſtiſſimum cribum excutito, ut quàm optime uniantur; atq; ita omnia in vitreis vaſculis reponito, neq; ſtatim utitor, ſed poſt quartum diem; ita n. majorem commoditatem præbent, & extra omnē humiditatem hęc reſervato. Cęterorū colore, non valde nigreſcit; & eadem in Galeni pręparatione iterum præſcripſit Aetius, quam prætereo; & etiā cavendum, ne hos ſales pręgnantibus exhibeamus, aut lactantib. neq; pueris, aut temperamento calidioribus, pręſertim tēpore æſtivo & regione calida, & qui acuta febre laborant, tātum ab his quoquo modo abſtinent. De ſalibus hucuſq; multa, de adipe viperino, de aquis, de cineribus hujus diſſeruimus ſparſim.

## *QVOD CARO VIPERINA non ſolùm nutrit, ſed in longum vitam protrahere poſsit.*

## CAP. XXVI.


VCUSQ; carnem viperinā, theriacen, ſaleſq; viperinos, & oleum, reliquaq; viperina, morbos ferè omnes certa rataq; experientia curare, ex probatiſſimis utriuſq; linguæ auctoribus demonſtravimus. Reliquum eſt modò, ut alterum caput oſtendamus, ſcilicet carnem viperinam eſſe optimi nutrimenti. Quod erit nobis facilimum, cum vitam proroget, ut antea comprobatum fuit, & infrà clarius innoteſcet. Parthi populi opibus florentes, cicadis tamen improbo cibo veſcuntur, & etiam locuſtis vivunt, fumo & ſale duratis in alimenta. Plinius eſt Auctor libro 11. cap. 26. lib. 6. cap. 30. Ibidem, Æthiopas locuſtis vivere, ſed hos omnes tam latæ dictionis populos quadrageſimum vitæ annū non excedere. Libro 7. cap. 2. ex Agathargide Plinius refert, Mandros & nonnullos alios populos locuſtis ali, & eſſe pernices; ac trecentos eorum vicos Megaſthenes enumerat, fœminaſq; ſeptimo ætatis anno parere, & ſenectam ante quadrageſimum annum accidere; De quibus Plutarchus 8. ſympoſiacon 9. meminit. Brevioris igitur vitæ compotes ſunt hi omnes, ob vitioſum & pravum alimentum. Videamus modò qui viperæ utun-

tur carnibus, quàm longo vitæ cursu, & quã sani præcurrant; quoniam hoc salubri utuntur nutrimento, quo non solum communi vita breviorem, sed multò longiorum vivũt, ut antea probavimus. Ex Plinio ostendamus, qui lib. 7. cap. 2. Cyrnos & Indos ultra flumen, centũ & quadraginta annos vivere; item qui montem Athon incolunt, Æthiopas alteros, & Macrobios, & Seras existimat; hos quidem, quia viperinis carnibus alantur. Itaq; neq; capiti eorum, neq; vestibus noxia corpori inesse animalia. In Ægypto viperis vivere, lib. 3. de Alimentis cap. 3. testatur Galenus, ubi de limacibus agit, & sic inquit, iniquum esset silentio prætermittere, quemadmodũ cossos, vermes qui in lignis nascuntur, & viperas aliosq; serpentes, quibus in Ægypto, & apud alias quasdam gentes vescuntur. Ecce jam patet viperas esse non solum esculentas, sed vitam longissime prorogare. In Italia quoque à multis in usum receptas, ob vitæ longitudinem, & à mulieribus, ob pulchritudinẽ inducendam, expeti, & conquiri. Quare jam eis tutò uti unusquisq; potest, & ex usu contracto secure hortari, sed præparatis & recenter captis utatur, ac selectis. De eadem carne Dioscorides lib. 2. ubi agit de his tanquam de cibis. Aetius lib. 2. cap. 170. Paulus Ægi-


neta

neta cap. 13. libr. 5. Galenus libr. 2. ad Glauconem docet modum præparandi Viperas pro cibis. Aretæus lib. 8. cap. 13. Ipsa quoq; in cæna obsonio dentur, quas coquere, & condire perinde ac pisces opus est. Ut vero probē vim eximiam ad prorogandam vitā possidere, ad solem vitæ auctorem in primo numismate cum viperis est ara erecta, quasi ad solem calorem proprium nativum, viperarum validissimum antiquos Romanos retulisse, & propterea calorem nostrum nativum, tum cibo roborare, & augere, & juvenes reddere, explosa senectutis & morborum causa per cutem, (vel occulto Dei consilio) sicuti serpens hominem deciperet innocentem, & sempiternę vitæ ad mortē invidia detruderet, divina providentia morte viperæ & esu, homini olim tam noxiæ, vitam ad triplam proportionem prorogari. Quòd homini est maximè admirandum. Plinius lib. 29. cap. 6. sic ad verbum: quidam interaneis exemptis viperis utūtur in cibis. Primùm omniū occisæ, sal in os adhibēt, donec liquescat humor noxius, & decocta, ut solēt, statim vescūtur, aut panè colligunt ut sæpius utantur. Ecce igitur non solùm recentibus usos fuisse antiquos viperis, sed etiam servatis, non solùm assis & elixis, more pisciū; verum etiam contusis, ut docet Galenus lib. 11.

à prin-

à principio de Viperæ carne circa medium, litera D. Vinum etiam parari ex viperis novum non est, de quo pluribus in locis traditum est. Quare modo prætereundum, atcapiti pręsenti finem imponam.

Vinum



## *IN CVRANDA ELEPHANtiasi quid intersit inter Neotericos, & inter Græcos omnes, Latinos seniores, & Arabicos.*

### CAP. XXVII.



NCIPIAM primùm à Galeni historijs, qui libro de Subfiguratione empirica ad verbum cap. 12. ita scripsit: Erat apud nos in Asia in pago quodam elephantiasi vir laborans, qui à principio quidem reliquis cõvivebat, & cum familiaribus versabatur; ubi vero ex consuetudine contagio maculari cæperũt, ipseq; jam fætore, & horribili specie detestandus esset, in edito loco prope pagum juxta aquæ rivulum, pagani tabernaculum ægro habitandum struxêre, cui deinceps diarium alimentum subministrarent. Proxima ęstate circa Canis exortum, colonis vicinam se-

getem

getem metentibus, miniſter odorati vini lagenam quam attulerat propè agri marginem dimittens abijt. Coloni labore functi cum ad pocula acceſſiſſent, ac quidam eorum adoleſcens vinum in craterem funderet, ecce exanimata vipera ſimul collapſa, bibituros non minus abominatione, quàm metu conſternavit: ac ipſi quidem aquam potantes vinum ægrotanti attulerunt, humanè ſe acturos exiſtimantes, ſi tantam viri calamitatem morte redimerent, quam ex eo veneni hauſtu plane futuram arbitrabantur. At ille novo quodam prorſuſq; admirando eventu, ab ipſo potu ſanatus eſt: excidit enim tota cutis dura, & veluti lapidoſa, non ſecus ac ſi cancris, locuſtisvè, aut cęteris hujuſmodi cruſtaceis animalib. teſtam, qua contegũtur, abſcinderes. Nec diſſimile in Myſia Aſię, non procul à noſtro municipio cõtigit. Vir erat prędives, elephãtiacus; hic ancillam ſuã formoſam deperibat. contra, illa fœdum hominẽ odio habebat, alijſq; amãtibus clandeſtinè miſcebatur, cujus doli conſcijs duabus ancillis contubernalib. utebatur, alterea penui præerat, altera cællæ vinariæ. Acceſſerat æger certa ſibi promiſſa ſpe ſalutis, ad quoſdã aquarũ calidarum fontes, ubi multa viperarum vis ob ſquallorẽ, ariditatemq; loci ſcatebat. In vini igitur lagenam parum dili-

genter servatam vipera irrepsit, quam cum suffocatam deprehendisset ancilla, rata fore, ut odiosus homo eo veneno facilè interiret, cœnanti alacriter obtulit; evenêreq; eadem omnino, quæ supra de pago retulimus. Atq́; hæc equidem duo sunt experientiæ documēta, quæ casus attulit. Nunc verò tertium adjũgam, quod imitatio effecit. Philosopho cuidã, multos antea annos hac ipsa ægritudine efflictim laboranti, ut jam illi vitæ mors præferenda videretur, geminos hosce eventus cum fortè recitavissem, idem ipse etiam experiri cogitavit. Ad quod obeundum augurio quoq́; confirmatus (erat enim augurandi peritus) protinus vinum ita medicatum, quod parari jusserat, intrepidè hausit, nec multò inde postea ex elephantiasi in lepram degeneravit. Quartus etiam præter hos omnes viperarum venator, dum primis adhuc hujus morbi incommodis teneretur, me pro salute consuluit, quem ego admonui, viperas quas venaretur, frustratim incisas, anguillarum more decoctas esitaret, atq́; ita per halitum ægritudo discussa est. Alium præterea divitem virum non nostratem, sed è media Thracia Pergamũ, insomnio ita jubente, profectum Aesculapius admonuit ut medicamentum è viperis quotidie potaret, atq́; exterius corpus illini-

ret,

ret: ac non multò poſtea tranſivit in lepram, deinde hac medicina, quam Deus docuerat, exquiſitè ſanatus eſt. Tot igitur experimentis commoti, tandem DEI quoq; admonitu cō-firmati, certam ſpem concepimus ſanandi elephantiaſim medicina è viperis confecta, quam theriacam appellant, nec minus ſale theriaco. Itidem à Galeno tres caſus libro 11. ſimpl. & libro 2. meth. ad Glauconem proponuntur, & uſu viperarum ſanati ſunt. Oribaſius lib. 3. de Morbis curandis cap. 62. mirabile auxilium affert his, qui elephantiaſim patiuntur eſu viperarum, quas qui edere non horruerit in hunc modum parabit. Primum enim caput & caudam ad quatuor uſq; digitos abſcindet, interiora omnia abijciet, & pellem aufferet, corpus in aqua pluries colluet, deinde in ſartagine non ſecus ac anguillas ex albo jure condiet, jus verò album fit aqua copioſa impoſita, modico oleo & anethi addito; planum eſt carnes viperarum euſq; coquendas eſſe, quouſq; prorſus teneriores reddantur, & ab oſſibus abſcedant. Eſt etiam accomodatum hoc medicamentum ex viperis, & frequenter bibere æger debet, & ſi cui cordi ſit, cutim eodem intingere. Qui hæc omnia faciunt, quandoq; eis evenit, ut ſquama ex cute excedat, qualem in ſerpentibus ſe-

nectam appellamus. Ad hunc etiam morbum utimur ſale theriaco. Hęc omnia á Galeni Methodo, ad Glauconem lib. 2. ſunt mutuata. Aetius 13. cap. 123. ſic inquit, mirabile elephantiaſis remedium viperarum uſus exiſtit, eas verò hoc modo apparatas edere oportet; primo quidem amputato capite & cauda, detracta pelle, exemtiſque viſceribus, exactè caro aqua pura bis ac ter lota, in olla inſtar anguillarum coquitur, aqua quidem ſufficienter affuſa, & oleo modico cum aneto & porro; poſt ſufficientẽ deinde cocturam, juſculũ moderato ſale condiatur, atq́; ita ægro in ſole deſidenti præbeatur; capite tamen probè velato; neq; vero ſemel tantum, aut bis viperas edere ſatis erit, ſed ſæpe id fiat, cum extra periculum ſit, inſuper & utilitatem afferat, ſint tamen viperæ nuper captæ, & ex humentibus locis accipiantur, non ſalſis, nec montuoſis, quibus utamur ad elephantiaſim curandam, aut ſale viperino quotidie pro liquamentis ad intinctus exhibentes, unà cum obſonijs, ſuntq; tùm ſapore, tum odore gratiſſimi. Ideo Aetius ſermone ſecundo cap. 7. viperas ſic comeſtas totum corpus per cutim purgare ſcribit. Ex his licet cognoſcere, hac facultate elephanticis viperas eſſe utiliſſimas; & ego cum juvenis eſſem, inquit, expertus ſum. Ho-

mo

9 mo quidam elephantiaſi correptus abominabilis erat, & grave olens, itaq; caſa prope vicum extructa erat. Metebant autem in agro vicino meſſores, quibus in amphora vinum apportabant. Ubi erat tempus bibendi, meſſores vinum in craterem infundebant, quo cum mortua vipera ſimul excidebat. Itaque plenum humanitatis opus ſe facturos credebant majores, ſi vinum elephantico homini ſumendum traderent; melius enim eſſe videbatur ipſum mori, quàm talem vitam vivere. Verum is epoto vino, mirabili modo ſanatus eſt: etenim univerſa cutis tumeſcens veluti oſtrearum tectorium decidebat, at ſubter mollis erat & apparebat, veluti in locuſtis & cancris, exutis teſta, licet videre, quoniàm & in alijs plurimis idem accidiſſe veteres memoriæ prodiderunt, & nos etiam multos vipera curatos vidimus, unde & theriacæ ipſas miſcemus. Sic ad verbum lib. 11. ſimpl. Galenus: viperarum carnes palam videre eſt calefacere & exiccare, cũ condiũtur velut anguillę, oleo, ſale, aneto, & porro, & aqua, ſervato modo. Quod autem totum corpus per cutim evacuent, diſcere tibi licebit (candide lector) ex his, quæ ego juvenis in Aſia ſum expertus, quæ ſingulatim deinceps narrabo. Sed hiſtoria jam ab Aetio relata fuit, & pergit ſex hiſto-

rias referre ex lib. de Subfiguratione empirica cap. 12. Paulus quoq; Ægineta in eadem ſententia loquutus eſt. Nonius medicus Junior cap. 232. de elephantiaſi petractans, paſtillos theriacales ad drachmæ unius pōdus exhibet frequenter, & ipſam theriacam. Habemus igitur pleniſſimam viperarum approbationem in elephanticis curandis, cui ſubſcribunt Oribaſius, Aetius, Ægineta, Nonius, & ſi qui alij ex latinis, etſi Celſus ex latinis lib. 3. cap. 25. ſcribit Italiæ ignotum eſſe, ſed tamen ejus curationem inſtituit Aurelius Cælius Siccenſis libr. 4. chronion cap. 1. exactè curationem perſcribit ex omnib. ordinat præterea theriacam dandam, quam cuncti Mitridatum appellamus, quæ quidem recuperativa virtute mederi poſſe perſpicitur. Dant etiam viperas mandendas ſed præparatas. Tractatu. 21. Alpharaicius de lepra egregiè egit, ubi non meminit viperarum neq; theriaces, cum nondū pervenerint ad eos hujuſmodi medicamenta. Octavius Horatianus lib. 1. cap. 31. viperarum meminit pro medicamento elephantici morbi. Plinius major, morbi quidem plurimis in locis mentionem fecit, ſed ex viperis medicamentum nondum vidi locum attigiſſe. Haliabbas viperam lib. 1. antidotorum ſcripſit præſervare & curare ab elephantiaſi, quam

lepram

lepram vocat. Avicenna ſcribit ejus carnes lepræ conferre, & theriacam magnam, prima quarti. Serapion ex Galeno theriacam ex viperæ carnibus frequenter aſſumptam & illitã, valde conferre teſtatur. Ecce igitur ex Græcis optimis auctoribus, & Latinis & Arabib⁹ medicis, idem remedium adverſus elephãtiaſim Græcorum vel Arabum maximè approbatũ. Ad hos accedit Gariopontus, qui libro, & capit. 5. viperinas carnes ab initio ſumptas, in perpetuum curare confirmat, & theriacam ipſam commendat: quibus verò hæc affectio inveterata eſt, tumores deponuntur, & recedere videntur. Jacobus verò Hollerius lib. 1. cap. 61. de vera elephantiaſi confirmata loquens, non curatur, inquit, ſed recens curari poteſt & prohiberi; quæ annum non ſuperet recens eſt. Similiter theriaca & carne viperæ in enarrationibus medicinalibus Valeriola idẽ affirmat. Joan. Fernel. lib. de part. morbis, & ſimpl. cap. 19. elephantiaſim venenatum morbum eſſe ſcripſit, & venenatam qualitatẽ acquirere. Idem lib. de abditis rerum cauſis, approbat Fernelius, & ſicuti in ſcriptis nihil relinquere auſus eſt, ſic indicato animi ſenſu Juliano Cõſtantino Palmerio auditori ſuo moribundus cum mortuis colluctari voluit, referens ſe ex viperis nullum elephanticum curaſ-

ſe,

ſe, uti cap. 9. lib. 1. de elephantiaſi Julianus Palmerius tradidit, neminiq́; ut erat in votis ſucceſſit, propthereaq; ſiccantibus remedijs, utendum nō eſſe cenſet, & idem theriacam prohibere teſtatur; quare hi duo ſibi invicem contraria proferunt; nam Fernelius morbū hunc venenatum cenſet. Ut eſt igitur alexiterium medicamentum, theriaca mirè convenit, nec à Fernelio rectè prohiberi potuiſſet, præcipuè cum affectum ad cutim propulſaret, ſed hi non norunt confirmatum hunc morbum, vel indies calida aëris intemperie, vel ciborū peſſima qualitate adauctum, evinci penitus non poſſe, niſi permutata aeris ad frigidum temperie, & humectantibus ac frigidis cibarijs præſcriptis & aſſumptis, uti ptiſana hordeacea, lacte, lactuca, endivia, pimpinella, cucurbitis, cucumeribus, & frigidis fructibus omnibus, carnibus avium lacuſtrium elixis aqua potius quam vino, avenato, & juſculo viperarum cum frigidis herbis condito, uti ſoncho, acetoſa, ocimo. Quapropter tantum abeſt ut augeatur hic morbus tam cōtumax, ut etiam tolli longo ſpatio poſſit; Primum miſſo ſanguine ex hepatica plurimo, pro viribus tamen ex temperie iterata potius quā unica miſſione, exhibitiſq; medicamentis, quæ Alpharanius perſcribit & eligit; deinde longo

tempore refracto corporis habitu, ad frigidum & humidum, & curari & evinci posse penitus denegari non potest, nisi a parentibus hæreditarius ex vitioso semine, membris & particulis ab ortu corruptis, contractus fuerit. Plus ne uni Palmerino testi malefido, quã ipsi Fernelio aliter sentienti credemus? Sed concedamus, Fernelium permutasse sententiam, quid tum? in cibo magis quàm in medicamento improbandam esse siccitatẽm. nonne magis Galeno tot historias ex propria inspectione referenti credendum est; quibus ut nimia fides haberetur expostulabat, cui reliqui Græci omnes, Arabes, Latini uno ore plenissimè assensêre, & tot annorum curriculis pluribus experimentis reliqui omnes subscriserunt, quid dubitandum præ animi vecordia, & obcæcato oculorum obtusu, (si res experientia iterum, & tertio confirmari potest.) Sed alia ratione Alexander Trajanus medicus magni nominis, cum de medicamentis ex vipera Fernelium subdubitasse crediderit, pariter de medicamento & cibo seu nutrimento subvereri visus est, & septum seu obstaculum nostræ experientiæ obtulit, & sententiæ impedimentum. Sed ille leviter tractationem hanc, potius authoritate quam ratione cõfirmavit, nam eadem vipera scribit, quæ à com-

muni medicorum omnium, & ſcriptorum conſenſu & receptione recedunt, & à vero longiſſime abſunt. Amicus Alexander fuit, multo magis amica veritas, quæ à me ipſo diſſentire cogeret, ne dum ab alijs qui nõ ratione & experientia niterentur, nec firmiſſimis auctorum ſententijs concordibus; ſed ſi contra his omnibus in contrarium obſtantibus ſola perſonæ ſuę auctoritate leviter cõfirmat, cogor contra ipſum (petita venia) audacter inſurgere. Hic igitur carnes viperarum non ſine gravi periculo lib. quinto capite octavo de victu Romanorum edi exiſtimavit; quoniam earum continuus uſus inducit celerem quoq; ſenectutem, & mortem accerſit, quia dum corpus veneno ſuo in tumorem attollit, hominem recte nutrire non ſinit. Ego vero liberè huic ſeni reſponderem, ſingula ejus verba perpendens, quodnam periculum ex eſu carnium viperinarum oriretur, ſi recte præparatis utamur, ſi ſine veneno ſunt, tot eis veſcuntur populi, ſi experientiæ quotidie comprobatur, ſi jam tot auctoribus approbatur, ſine aliquo vitæ diſcrimine nos veſci poſſe? Auctor cap. 9. ad Piſonem inſitam eſſe à natura viperinis carnibus vim juvandi, earumq; virtutem ad ſalutẽ conferre, quo igitur pacto cæcitatem hujus uſus inducet; Si

ſcriptorum omnium quorum hucuſq; evolvimus libros ſententiæ noſtris experimentis contrarium comprobari poterit? quanto melius Dioſcorides auctor probatiſſimus, viperę carnes ſi cocti, inquit, edantur, claritatẽ oculis afferunt lib. 2. cap. 16. paulo inferius ſubjungit, longam ſenectutem agere qui eo cibo veſcuntur; quod Plinius hunc in modum lib. 7. cap. 2. confirmavit: Cyrnos Indorum genus Iſigonus tradit, annos centenos & quadragenos vivere; Æthiopas etiam, & Seras exiſtimat, qui & Athõ montem incolunt, hos quidem quia viperinis carnibus alantur. Cervos tamdiu vivere cum firma corporum conſtitutione, tum ſerpentum victu evenire credendum eſt. Ita quoq; teſtudo terreſtris vipera victitat, qua paſta ſine præparatione viſcerib⁹ per adverſantem cunilam natura nocumentum evenenatis partibus feræ ſibi proventurũ, Baſilio magno in hexamero cap. 9. auctore, evitat, quo cibo diuti⁹ vivit occultaq; proprietate longiorem conſueta vitam extendit, ut alia omittam. Cum igitur tuto viperinæ carnes comedantur, & oculorum hebetudinem tollant, & claritatem pariant, ſenium protrahant, & ad centeſimum, & quinquageſimũ annum traducant veſcentes, quo pacto mortem accerſent, ut hic aſſeritur; ratio noſtra eſt

non levis, quia corruptos & perniciosos humores extra educit ad cutim, & valentissime propellit, & Galenus lib. 11. simp. confirmat. Averrhoes lib. 5. cap. 52. reddit rationem cur lepram curet, propterea, quod (inquit) propellit venenosam materiam ad cutim & corporis pellem, & propterea bibentes & comedentes in eundem affectum cadunt cum vipera, hoc est, in excoriationē cutis, & postea consolidantur; quid clarius quod Palmerianā pruriginē educere, aut evacuare possit. Quod si vipera bis in anno senectam deponit, bis in anno & hac una ratione juventam renovare videatur, ut poeta quidam arbitratur:

*Anguibus exuitur tenui cum pelle vetustas,*
*Cur nos angusta conditione sumus,*

Non video cur homines, qui viperæ carne vescuntur sæpius, hac una ratione humores noxios propellant, & senectam cum vipera abijciant, ut Galenus & Auerrois testantur, aut cæcitatem, aut citius mortem incurrant. Hoc addit quod quidem est erroneum, quia corpus veneno suo in tumorem attollunt; quorsum hæc? nimis confusè loquitur; id certe cōtingit in statu naturæ ipsius viperæ, quando integra est, cum partibus venenosis, ut capite & felle cum reliqua carne quispiam vesceretur, ut dixi, tunc maximè inficit, & mortem

NB. accersit, & cæcitatem inducit, sed tunc nec cibus præparatus, nec medicamentum præparatum est: & si habet conjunctam carnem cum facultate alexiteria, tamen nisi prius à calore nativo evincatur agere nõ potest, sed venenum illicò naturam evincit, & prosternit; propterea alexiteriũ sua facultate & auxilio frustraretur; venenum enim intus assumptũ præcurrit, & vix antidotum conferre posset. Postquam medicorum dogmatibus moniti aures non porrigunt, saltem ex fabellis veritatem agnoscere velint, ex Nicãdro & ejus interpretibus recitatis. Mortales olim, ajunt, impetrasse multis precibus á Dijs, ut perpetuæ juventutis munere donarentur, atque ita in posterũ nunquã senio contabescerẽt; sed quãdiu viverẽt, unicuiquam permissum esset integris viribus & florente ætate semper vigerent. Hãc igitur simul atq; benignitate Jovis accepissent, imperitos adeò rerum fuisse, ut eam asino vectandam commẽdarint. Hunc vero siti confectum ad fontem quendam pervenisse, in quo serpens seu vipera, loci custos, stativam custodiam haberet, cumq; ibidem bibere facultatem sibi fieri tentasset, à vipera fuisse prohibitum asellum ferunt, neq; alia conditione permisisse, quam ut illud, quod vehebat onus, angui mercedis nomine cõcessisset; eo inde tem-


pore ſenecta omnes Viperas bis quotannis abjecta juveneſcere; homines vero ſenio confectos emarceſcere, ac ſtoliditatis pænas luere, quod juventutem tanto ſtudio expetitam & precibus, adeò negligenter cuſtodiſſent. Sophocles etiam hanc annectit fabulam, ſub iſta tamen latet veritas: Poſtquam naturæ noſtræ denegatum fuit longiorem vitæ curſum prorogare, ſaltem homines viperina prudentia aliorum animantium innixos exemplo, vitæ longioris, & reparandæ juventutis ſtudio teneri, viperis ſerpentibus ritè paratis veſcerentur, quæ Soli, & filio Æſculapio attributæ ſunt, eas pro inſignibus geſtantibus, quoniam cum homines in ægritudines cito conſeneſcant, ſalubritate adveniente, quaſi depoſito ſpolio reviviſcere videãtur. Spectatur hoc idẽ in ſole dum ab hyemali ſenecta ad vernam ſeſe prorepit juventutem, & à vernali æſtiva ad autumnale iterum revoluitur; ſic vipera bis in anno ſenectam deponit, vere & autumno. Hieroglyphici hominẽ uventuti reſtitutum viperæ ſymbolo oſtendunt. Non eſt igitur ut à re ſaluberrima deterreamur, quæ toties certiſſimo experimento cognita olim fuit. Iterum Petronius ſubjungit, tunc hominem nutriri non ſinunt; ad quod facile reſpondemus; tantum abeſt ut vipera non ſinat nutriri

huma-

humanum corpus, ſi eo modo quo debet pręparata utamur, ut etiam in cauſa ſit, quò facilius & melius purum nutrimentum per univerſum corpus deferatur, ut in elephanticis contingere jam novimus. Jam ſuo jure & ſenſu vivere poteſt, cũ nemo alius ex tot medicinæ auctorib. viperæ beneficia in ægritudine non agnoſcat & profiteatur. Alexander Maſſaria libr. 2. de peſte, de vipera ita moderatè ſcripſit & aptè, & eam difficultatem in curanda elephantiaſi non ex parte viperarum provenire, verum ex parte morbi accidere, cum ipſe ſit omnium contumaciſſimus & incurabilis, & ſi ſæpius cõtingat, ut dixit Averrhoes, ut eorum pellis excorietur tanquam ſenecta, & nova induatur, quæ iterum conſeneſcit; quare tantum in illis remedijs inſiſtẽdum eſt, ut inveterati, aut ex hęreditario infecto ſemine contracti renaſcente cute floridi ſæpius appareant, & una hac ratione recurrentem ex naturali intemperie labefactata, & ob contumaciam, & ſpecialem quendam jecoris affectum ſæpius pullulantem, ad cutim trahere commodiſſimum erit; & internas particulas á prava ſarcina ſublevare eſt pariter admodum ſalubre.



POST-



*POSTQVAM DE CARne viperæ, ut medicamẽtũ est, hucusq; tradidimus, modò de ea tanquam de cibo ex ea comparando, & eius condimentis secundum variam hominũ temperiem & usum.*

Cap. XXVIII.



Caro viperina peculiarem virtutem habet corroborandi cõcoctivam facultatem tertię quę in membris perficitur, ejusq; usu vitam extendere; sensus custodit, & viventem, ut Avicenna prodidit; deniq; quod maxime mirum videri potest, senectuti etiam hæc caro sæpe præsidio est, & in esu delicatiorum jus album paratum & aromatibus conditum, laudatissimũ perhibetur. Iudæus in decoctione viperæ sal novum apponit, quando ossa à carnibus dissolvuntur, anethũ quoq; viride non siccum apponit; præparatur etiam alio modo, quod alibi præterivimus, carnes viperæ in furno non admodum calido, pane sublato, sicq; eas exiccato, ea tamen forma ut in pulverem conteri possit, quem electuarijs, seù alijs antidotis regimini resumptitico condu-

centibus adjectum ſenib. porrigito. Gabriel Zerbus in Gerantocomio cap. 50. ſed præſtãtiorum tamen earum uſus eſt, ſi ex viperinis carnibus ita pręparatis gallinæ & pulli nutriantur, & capi præcipuè illi, qui uſtis pedibus caſtrantur, ut docet Columella, farina hordei exhibita cum lacte, aut pane trito, aut teſtudine contrita cum milio, vel cochleis, aut cucumerum ſeminibus ad æquandum hominis temperiem, precipuè cordis, cui præſtantiſſimum pręfert auxilium. Nemo etiam dubitat cordi hilaritatem, ac jucunditatem afferre, mœſtitiamq; auferre, venenis, venenatiſq; morbis omnibus adjumento eſſe, & valetudinem conſervare poſſe, & pravis accidẽtibus corpus repletum evacuat, & vacuum replet, & omninò cunctis virtutibus robor pręſtat. Jacobus Vueckerus lib. 1. cap. 19. antidoti ſpecialis; viperinæ carnes ſi coctæ edantur claritatem oculis afferunt, nervorumq; vitijs auxiliantur, increſcentes ſtrumas reprimunt. Porro ſi Galeno lib. 11. cap 1. credendum eſt, utebantur olim trochiſcis viperinis contuſis denuò cribratis, & rurſus in lęvorem redactis cum jure, ſalis nonnihil adijcientes præparati ad ſuavitatem, quod ſal theriacum dicitur adurebant, & ſimiliter in theriacæ pręparatione, ut manifeſtè apud Gal. apparet cõ-

Cor.

Oculi.
Strumae.

venire unicuiq; tempetamento, aliquo deco-
cto congruo attemperantes, non solum ser-
vatos ad usū Trochiscos, verùm etiam carni-
bus recentibus uti possumus eodēexemplo,
& validè digerentē facultatem habere, vimq;
ad cutim trasmittendi recrementa, & hu-
mores corruptos & venenatos, ut pluries di-
ctum est superius, carnem viperinam non so-
lùm nos alere; verū etiam & alterare posse, sed
cum sua natura si sit in veru torrefacta, aut
crate ferrea prunis apposita siccabit, magis
præcipuè, si vetustior, aut effæta sit; si multo sa-
le theriaco, aut albo aspergatur, quare senibus
ita præparata minus competeret, aut siccio-
ris temperaturæ præditis, sed his cum multa
ptisana, aut hordei cremore, aut seminum
communium & cucumerum omnium, pri-
us tamen elixa in aqua cum sale, & herbis ca-
lidis cōtrita, & pinsata exhibeatur. Si vero cor-
pus exiccare volueris, ut supra uti oporteret
pulvere viperæ in furno exsiccatæ, & si alimē-
to calidiori opus sit in vino excoquere, &
herbis calidioribus admiscere erit necesse, aut
aromatibus condire, vel assis uti illitis sapa, &
aromatibus, hinc inde lauri, aut saluiæ posi-
tis folijs. Si verò refrigerare, hoc idem nutri-
mento volueris elixare in aqua cum endivia,
& cichorio, cū immatura uva, aut omphacio

ex meſpilis ſervato gallico more cum ſale. Si vero humectare plurimum volueris, cum lacte recente mulcto elixare, aut cum cucurbita, aut lactucis decoquere. Si verò plurimum nutrire, exhibeto, uti ſupra dictũ eſt, gallinis, capis more majorum exuſtione pedum non teſtium extractione effectis cum farina hordei, & lacte cucumerum ſeminibus, pariter erectis viperis exhibeamus, quę hecticis conferẽt, conſumptis exhibentur. Patet igitur nõ ſolum nutrire, & in longum vitam protrahere, verùm humanum corpus ad libitum confirmare, aut ad contrarium immutare poſſe: totq; modis, quot præparari expediret, aut recenti, aut ſervata viperæ carne.

## *CUR IN DISUETUDInem abierint viperæ ſuperioribus ſeculis.*

### CAP. XXIX.

PRoxime ſuperioribus ſeculis ea omnium hominũ cæcitas erat, & animorum vecordia, ut etiam quæ oculis conſpicerentur, & ſub aſpectum aut intuitum cadere ſolẽt, graviſſimo cum errore dignoſcerent, adeò à longa illa Gothorum, & barbaricarum gentium

in Italiam transmigratione subsequuta vastitas est. Non solum enim Romani imperij majestas concidit, verum etiam rerum omnium cognitio atq; scientia obliterata deletaq; fuit. Pessum bonæ literæ cum egregijs moribus jverunt, & obscura omnia reddita fuere, sublimiq; de loco projecta, ut pro tanta luce & claritate, nox & cæcitas subsequuta fuerit. Hoc prorsus maximè mirum fuit, ut ea etiam quæ sanitatis tutelam, & dolorum ac morborum propulsationem præstabant, & certissimam vitæ custodiam artem medicam obliterarunt, theriacamq; medicamentorũ omnium præstantissimum antidotum adeò depravarunt, ut ejus formam & compositionẽ non agnoscerent, & propterea idem proprias vires non retineret. basis enim ejus Vipera est, quæ olim notissima erat, etiam certis & proprijs ac internis differentijs per aliquod temporis spatium oblivione rejectis, ad aliud, atq; aliud serpentis genus gravissimo cum errore commutaverint, ita ut divinum illud medicamentum amissis proprijs viribus abolverit, & viperæ virtus incognita jacuerit, nisi Deus Nicolai Leoniceni labore, ac industria virtuteq; sublevasset, atq; in lucem eduxisset, tam viperam, & medicamenta, quam reliquarum rerum cognitionem, quæ huma-

næ

næ vitæ conferunt in eiſdem planè tenebris, & cæcitate verſarentur. Ecce igitur evidẽs, cur in diſuetudinẽ ſuperiori ſeculo viperæ abjerint, & vix ab apertis oculis dignoſcuntur ob antiquas tenebras, earum tamen integra facultas, & virtus hucuſq; latuit. Cœci enim cœcos plerunq; gignunt. Nam nonne Romæ mihi contigit cum viam & rationem alexiteria adinveniendi, nova & antiqua comprobandi, adeò barbaros ac ſtupidos invenerim quoſdam medicos, ut affirmarent pulverem cocti lateris, ſi eodem modo viperis porrigeretur eaſdem enecaturum. Hoc verò ob id propalarunt ut fidem, ac gloriolam aufferrẽt & ſurriperent, invidia huius inventi, quod experientia verum eſſe comprobatum fuit, illoſq; mentiri, rumorq; invidiæ in auctores reflexit. Ecce igitur quomodo diutius latuerũt, & partim latent hucuſq;.

## *DE VNIVERSALI Methodo curandorum venenorum quaſi ſynopſi.*

CAP. XXX.



CVM de viperæ curandis ictibus ſuperſit ſcopus, neq; ratio permittat de particulari aliquo venenato affectu pertractare, niſi

universali prius breviter curandorum venenorum apendice præmissa, in qua de omnibus eorum differentijs, deq; venenatorum affectuum essentia, ac universali singulorũ medela, etiam ageretur; propterea conabor auxilia ab antiquioribus artis medicæ scriptoribus, ea potissimum seligere, quæ à præstantissimis medicis usu frequenti comprobata fuerint, partim à junioribus, partim à nobis experta conscribere; quæ, etsi pauca viderentur, nec propterea negligenda sunt, cum sint maximè proficua: Nicandrum, Dioscoridẽ, Galenum, Paulum Aeginetam, Aetiũ, Oribasium, Aretæum, Noniumq; sequutus, non spretis neotericis. Ad eam ipsá rem ut proximius me convertam, hoc ordine utar: Imprimis de venenorum differentijs, ex ipsorum essentia, deq; universalibus signis, ac præcautione, & communi curatione pro omnib⁹ temperaturis, quibus aut oblatum, aut allatum, aut afflatum venenum fuerit, agendum erit. Sciendum utiq; imprimis est ut altius exordiamur, tria esse ex veterum medicorum sentẽtia venenorum genera, ex quibus homo inter cætera animantia maximum percipit nocumentum, & certum suæ vitæ discrimen. Ipsorum enim unũ genus in animalibus venenum eiaculantibus reponitur, alterum á plã-

tis eruitur, tertium ex fodinis educitur. Animalia noſtri orbis, quæ exitioſam vim habẽt, ex veterum ſententia ſunt ſerpentes venenati, ipſaq́; vipera, ſalamandra, rubeta, rana muta paluſtris, terreſtris canora, cantharides, bupreſtis, devoratæ hirudines, & alij aquatici piſces, & amphibij venenati. Quæ verò á plantis colligũtur, vel ſemina, vel radices, vel fructus, vel foliorum ſuccus ſunr. Semina verò, hyoſcyamus, cicuta, pſyllium. Radices verò, ephemerum, cholchicum, tapſia, veratrum, napelli omnes, & aconita, ſolani, ſuccus mandragoræ, & aliorum, colocynthis, & cucumis agreſtis, agaricus niger, fungi lethales, ſardonium apium, ruta ſylveſtris, & alia. Ex mineris eruta, auri pigmentum, hydrargyrum, ceruſſa, ſublimatum, gypſum, calx, arſenicum, ſeu ſandaracha, magnes, lapis Armenus non probè lotus, plumbum uſtum, ac ſutorium atramentum, argenti ſpuma, pluraq́; alia reperiuntur, quæ alibi declarabimus cum de eorũ medelis commodius agemus. Quoniam autem tres horum differentias tetigimus, plures adhuc eſſe non ignoramus, quas à qualitate manifeſte interficere cognoſcemus, vel quia nimis calida ſunt, vel nimis frigida, vel ſicca, vel nimis humida; quædam verò reperiuntur, quæ corrodendo, & putrefaciendo interfici-

unt,

unt, quæ quo magis in corpore morantur, eo fortiora fiunt, ut Galenus affirmat in libro de ſimplicibus medicamẽtis capite primo. Nonnulla reperiuntur venena, quæ à tota ſpecie, ſivè à tota ſubſtantia, ac forma interimere dicuntur, cujuſmodi ſunt, tùm napelli, tùm aconita omnia. Venenati affectus duplici ratione fieri poſſunt, quidam enim interdum ex aliquo intrinſecus operante oriuntur; exempli gratia, ſi intrinſecus humores adurentur, aut corrumperentur, quod multoties evenire ſolet, & in multis cernitur. Fatetur enim Galenus libro 6. de Locis affectis cap. 5. & libro de Euchymia & cacochymia, quod humores aliquando ita corrumpantur, ut non ſolum homines non nutriantur, ſed calori naturali, ac vitę ita maximè adverſantur, ut inde homines facilimè pereant, id patet in canibus in quibus adeò ſævus humor oritur, ut illico rabidi fiant, tantaq; in ipſis humorum corruptio oritur, ut ſolùm ipſorum ſaliva, ſi in humanum contigerit corpus, rabiem accendat, quod venenum caninum non ab alterãte calore fieri videtur, ſed à neceſſario corrũpente, eamq; duplicem eſſe corruptionẽ certum eſt, primam verò ſine mixti diſſolutione evenire, alteram cũ diſſolutione. Rem exemplis aperiam; ſanguis quandoq; in flavam bilem

lem vertitur, hoc certè fit citra mixti diſſolutionem, ſi verò aliter ſanguis putreſcat, id cũ diſſolutione corporis ſeu mixti fieri clarum eſt, quãdo in cinerem convertitur. Loquamur igitur de corruptione, quæ fit citra mixti diſſolutionẽ, hoc eſt, corruptione, quæ fit in humano corpore, & hæc eadem duplex eſt, una ſecundum naturam, altera præter naturam. Naturalis igitur erit, quando bonus cibus aſſumptus in vẽtriculo, vel ſui, vel alterius cauſa corrumpitur, & in bonum ſuccum convertitur, ut pariter in vite contingit, aqua, quæ corrumpitur in vinum commutatur, naturalis pariter bonus ſuccus, in jecore non ſolum alteratur, ſed corrumpitur, & in hac naturali corruptione venenum in humano corpore non producitur, ſed mixtum in aliud mixtum degenerat, ut cibus & potus in chylum, forma & ſubſtantia chyli, ſanguifica venarum & jecoris facultate vertitur in ſanguinem, qui extra venas eductus, in carnem apponitur, nullaq; inter huiuſmodi formas eſt contrarietas, verũ ſimilitudo cõcoctionis. Altera verò pręter naturam corruptio mixti fit, quòd commutetur in excrementum, naturali excremẽto ſimile, vel ei, quod præter naturam eſt; exempli gratia, dum ſanguis, cũ corrumpitur, in bilem flavam, non in venenum vertitur,

ſed in mixtum, quod nō habet ſanguinis formam alimenti, ſed tantùm mixti excrementitij, quoniá non poteſt amplius mutari, nec ullam habet formam, humano corpori contrariam, ut ipſum venenum, ſed hoc excremētum medicamento bilem attrahente educitur; quod idem quoq; excrementum bilioſū tripliciter commutatur, in bilem vitellinam, deinde in ęruginoſam, poſtremo in atram bilem; ſed ad ſummum ipſius atræ bilis gradum aſcendat neceſſe erit, ſi humanæ formæ diſſimilē ſpeciem acquirat. Nunc quoq; per corruptionē generum eſt in corpore venenum, ut contingit in peſtilentibus febribus, in quibus ſanguis acquirit formam humanę formę contrariam, ut libro tertio de Temperamentis, capite quarto, teſtatur Galenus, venenūq; illud in humano corpore genitum canino eſſe ſimile, ſtatutumq; ſit, in corpore fieri non poſſe, niſi contenta, vel aliquod contentorū, ut ſanguis, ſeu alius humor, non acquirat formam humanæ formæ cotrarium; ex materia quoq; excrementoſa generari poteſt, ut potè vel ex ſanguine mēſtruo, vel ex putri ſemine, vel ex alimento, ut Galenus teſtatur libro 6. de Locis affectis, & lib. 11. met. med. capite 8. Ex Galeno non excluditur calor putredinalis, qui non modò in ſanguinem agit, verùm

in adipem & in carnem; quòd cũ ita ſit, haud mirum eſt, ſi ejuſmodi partes ſolidæ in venenum convertantur, ut plurimis exemplis antea cõfirmavimus, non ſolum ex alteratione, verùm etiam ex corruptione neceſſario evenire, quod libro primo de Locis affectis Galenus aſſerit. Hoc idem in homine conſpicitur, in quo adeò vitioſus ſanguis oritur & humor, ut tractu temporis aliqua principalium partium conſentiat, à qua deinde univerſum corpus celeriter alteratur. Menſtruum enim nonne ſi præter naturam retineatur, aut moveatur, ſæviora aliquando quam venenum inducit ſymptomata? unde nonnulli ipſum inter venena connumerant, illa enim contactæ fruges nõ germinãt, areſcunt herbæ, amittunt arbores fructus, & ferrum rubigine conſumitur, & æra nigreſcũt, caneſq; ipſum commedentes rabidi fiunt. Sperma etiam ſi commotum præter naturã retineatur, ſæviora inducit accidentia, ut quaſi venenum eſſet, non ſecus ac menſiũ retentio, cholera, & ęruginoſa praſſini veneni naturam attingunt. Venenati affectus fiunt ex his, quæ per os aſſumuntur ſub ſpecie cibi, vel potus, vel medicinæ, unde ita facilè hominem homo in fraudem allicit, & ad obitum deducit. Hæc de venenorum differentijs dicta ſufficiant. Nunc

me quoq; ad venenati affectus essentiam explicandam accingam. Venenatus affectus ille est, qui ex re aliqua naturæ humanæ penitus contraria provenit, qui quidem ni citò medici auxilium præsto sit, hominem propediem interficeret. Affectus autem ex causarum diversitate non unus erit; aut enim ex primis qualitatibus provenit, exempli gratia, frigiditate, uti à mandragora, opio, solano somnifero, hyoscyamo, aut consimilibus, quæ adeò corpora nostra quandoq́; infrigidant, ut inde vita auferatur, quod evenit, quia naturalis calor, & spiritus una, adeo frigidi redduntur, ut penitus congelentur, & suas operationes exercere minimè valeant, ex qua re demùm interitus sequi solet. Ex nimia etiam caliditate huiusmodi excitātur affect⁹, ut ab euphorbio, tapsia, anacardo, quæ sui caliditate naturalẽ corporis calorem dissolvunt, nativum humidum exsugendo, in quo vita consistit. Pariter ex humiditate nimia membra stupefiunt, & calor dissolvitur, sicut coriandrum recens efficit, quod stupefaciendo & humectando spiritus crassos adeo ac inertes reddit, ut inde mors facilimè proveniat. Idem quoq́; siccitas præstare potest. Præterea ex secundis etiam qualitatibus oritur venenatus affectus, vel ex corrosione, & putrefactione, sicut agit

cerussa, calcanthum, ac ipse adamas, qui sui acuitate corrodit ventriculum, & intestina. Ex animalibus etiam hoc idem provenit, sicuti ex cantharidibus, quæ si assumantur ex venarum, aut renum, aut vesicæ corrosione, sanguinem mingere cogunt. Interdum verò ex his quæ à tota substantia agunt, huiusmodi redduntur affectus, sicut napellus, & fel Leopardi. Ex temperatissimis etiam cibarijs plus ingestis idem provenit, ut evenit in vino, lactuca, & multis alijs, quæ naturalem calorem suffocant, sicut evenire solet viridibus lignis, igni superpositis; etenim si quantitate nimia igni superposita sint, eũ extinguũt. Idem agunt natura frigida cibaria, quæ si affatim ingerãtur, sicut lactuca ipsa, si in nimia quantitate sumatur, aut eadem ipsa, quam Plinius venenatam vocat, ex stupefactione nimia, ex sua frigiditate homo interit. Ob qꝫ licet videatur obscurum, haud negandum est, multa venena in natura rerum reperiri, quæ nutrire possunt, etsi Averroes medicorum stimulus libro 7. capite 11. huic sententiæ contradicat, ubi à quibusdam, inquit, dictum est, ut quidam paulatim venenum assumpserunt, ac gradatim in alimentũ conversum fuit sine nocumento, ego, inquit Averroes, non concedo venenũ nutrire posse; confirmatur hæc

eadem ſententia ratione: illud enim, quod eſt ſecundum totam ſubſtantiã diſconveniens, nutrire non poteſt, ut Galenus libro 3. de Tẽperamentis capite 2. probare videtur. Ego verò in hac verſor ſententia, ut venenorũ quædam nutriant, quædam minimè. Venenorum enim quædam per primas qualitates manifeſtas interficiunt, vel calefaciendo, vel refrigerando; quædam vero per qualitates ſecundas interimunt & occidunt, putrefaciendo, vel corrodendo; quædam vero à proprietate occulta operantur, ut in magnete lapide, occulta proprietate ferrum trahit. Hac diſtinctione dicendum, quod in ſecunda & tertia parte nulla eſt difficultas, quoniam hæc nutrire non poſſunt, & naturæ humanæ penitus repugnet. Quæ autem á primis qualitatibus interficiunt, adhuc dupliciter conſiderari debent, vel quia calida, vel quia frigida; qua diviſione etiam Galenus utitur. Calida vero alere non poſſe conſtanter aſſeruit, &abſolutè in minori etiam quantitate venena fore. Frigida autem, ſi non dantur in ſufficienti doſi, venenata commodè nutriunt, libro 3. ſimplicium medicamentorum capite primo. Dico igitur de medicamentis, quæ ſua frigiditate interficiunt, nulla in genere ſuo eſſe, quæ interficiant, niſi per quantitatem ingentem. Reliqua

verò

verò corrodentia, aut putrefacientia] medicamenta, aut in quarto calefacientia, ſimpliciter interficiunt non adaucta quantitate; quę ſententia ex Galeni placitis vera eſt, approbariq; poteſt. Rationi verò, quę de puella napello nurita ex hiſtorijs ab Avicenna prolata: napellum, cum calidum ſit, ſequi veneno calido nutritam fuiſſe, non frigido, reſpondendum: in textu hyoſcyamum eſſe legendum non napellum, & hoc verum ex Galeni loco nuper citato eſſe videtur, ubi eandem ſententiam refert, propterea quod textus velit hyoſcyamum, ſivè cicutam dicere; quod utrumq; noſtram confirmat opionem. Iterum demõſtrativè deducitur, quando Avicenna de napello & ſturnis ſcripſit, idem à Galeno aſſumpſit, ubi de cicuta & ſturnis, non autem de napello & turdis legere oportebat; quomodo enim Avicenna ſcire potuit, an turdi napello veſcantur? cum certè quid napellus ſit (quod pace ſua audiat) ignoravit? ſigna enim quæ Avicenna refert de eo qui hauſit napellũ, coincidunt cũ illis, qui toxicum biberunt; toxicum autem nihil aliud eſt, quam veneni genus, quo ab antiquis ſagittę tingebantur, eoſdemq; in eos tradũt effectus, quos Avicenna in napello conſcripſit. Ad aliam rationẽ, quòd poteſt in ſubſtantiam noſtri corporis conver

ti, venenum nutrire concedimus, venenum frigidum intelligẽdo. De eo, quod à proprietate interficiat, vel calidum ſit, omninò negamus; quia omne quod eſt aduſtivum, aut corroſſivum, aut putrefactivum, eorum nullum alere poteſt, cum à calore noſtro nõ poſſit corrigi. Si quis autem venenis in cibum aſſumendis aſſueſcere velit, ab ineunte ætate incipat, & in modica magnitudine ſumat; non enim ſecus ègit Athenienſis illa mulier, quæ ut Galenus narrat hyoſcyamo, aut cicutæ aſſuevit; illa quidem incæpit ſumere modicam quantitatem, ita quòd non ceſſavit addere, & procedere, præter quòd adveniſſet inde læſio & nocumentum, donec accepit, ex eo magnam quantitatẽ ad drachmas ſcilicet triginta, ea ſiquidẽ puerilis etas, cum adhuc inſtabilis ſit, facilimè ei aſſueſcit, unde natura conſuetudinem inijt, neq; inprimis ſumptũ, in modicam magnitudinem, venenum frigidum hominum necat, tunc enim abſq; conſuetudine fieret alimẽtum, quare diſpoſitionem quandam inducat, oportet, qua minus ſe denuò ſumere adverteret, & obſtet, quod toties repetitum illam adauget, efficacemq; reddit, ut denuo aſſumptum alat, & inſtauret tanquam virale proficiat, hic verus eſt modus ſe venenorũ aſſumptioni aſſuefaciendi,

ut mo-

vt modò Turcæ opio, qui tãtam eius copiam deglutiunt; hocq; pacto venena, quæ necare solent, interdum assumpta non officiunt, sed nutriunt. Iterum ad eãdem puellæ historiam dicendum, quod de gallina scorpiones comedente, namq; cicuta, ut in scorpione etiã fieri potest, ut aliquæ partes sint alimentales, aliquæ veneficæ, portio tota alimẽtaris purgatis excrementis in substantiam nutriti pertransit, veneficæ partes præcipuè in excremẽta vertuntur, si igitur in minima quantitate sit assueta inter initia, & in majori ætate assuesceret assumptioni napelli procedente ætate, ratione cõsuetudinis id succedere, quoniam ab assuetis non fit tanta passio, ex quo factum est, ut alimentalis pars napelli conversa sit in alimentum, & in corporis substãtiam; altera pars servaverit proportionẽ propriam & ad uterum transmisit quæ puellam non lędit, sed coeuntes ob excrementum venenatum veneni proprietate infecta, quæ sola apta est ad illud venenum recipiendum, quemadmodum à Petro medico aprocita propriæ filiæ, vt regem coeundo interficeret, administratum fuit, ut clarissimè ex Pandulfi Colenucei Neapolitana historia patet.

## *DE VENENORVM SIgnis, & præcautionibus.*

### Cap. XXXI.

IAM ad rem ipſam me convertam. Sed imprimis erit vtiliſſimum de venenorum omnium ſignis & præcautione agere. Eorum igitur ſigna univerſalia maximè ex ſecundis qualitatibus deprehendenda; hæ enim maximè ad mixti tẽperaturam ſequuntur, ut refert Galenus libro 5. ſimplicium medicamentorum. Modò cum ipſorum medicamentorum temperatura earum ſit rerum, quæ ſint inconſuetæ, & à cõmuni hominum uſu abhorrent, non mirum videtur, ſi conſequenter eorum ſapores ſunt indelectabiles. Illæ enim res non valde delectant, quę in craſi ſunt nobis diſſimiles; venenum autem cum nobis maximè adverſetur, ac noſtrã naturam corrumpat, non mirum videtur, ſi ſaporem valde extraneum, ac indelectabilem habeat. Odor etiam ejus valde extraneus exiſtit, color inde etiã ipſius valde eſt diverſus à coloribus ciborum, qui in cõmuni hominum uſu ſunt; vide quam peſſimi & pravi ipſis colores in-

ſint,

ſint, quando vaſa in quibus venena manſerunt, ex colore non ſecus quàm vaſa fracta ſono, ac homines voce, dignoſcũtur; vaſa enim, aut colore nigro, aut livido afficiuntur, maximè ſi metallica fuerint venena, ſi in aqua cõdita ſint, ipſam reddunt ſpumoſam, ac tumidam, & guſtum prorſus indelectabilem, ſi in vino tenui fuerint condita idem agunt, ac ipſum miro modo infecerint, & corrũperint; in craſſiori autem vino non aliter venena latent, quàm (ut in adagio eſt) anguis in herba, præcipuè ſi dulce vinum fuerit, aut ſaccharo, aut melle admixtum; miro enim modo venena teguntur. Dicit enim Dioſcorides libro 6. cap. 4. quod dantes clanculum venena, ſua amaritudine permixtis dulcibus ſpoliant, grave odoris virus mixtura odoramentorum eximunt, aut medicamenta immiſcent, quæ levandæ valetudinis gratia dari ſolent, & præſertim quæ infirmioribus, ut abſinthium, tragoriganum, hyſſopum, ac etiam thymum, irim, origanum, caſtoreum, aut ſi quid tetris prædicamentis cognatum ſaporem habere videatur, aut potionibus inſerunt, aut vino, aut jure, aut paſſo, aut mulſo, aut muſto, ſuccis pollenti, aut concinnantes eduliis ipſi admiſcent. Quare qui in ſuſpicione ſunt, condita edulia, & hujuſmodi ſupra dicta, vitare de-

bent, omniq; intensa saporis qualitate. Sæpenumero etiam quæ sunt venenata, quòd facilè dignosces ex locis in quibus latitat serpentes, & phalangia frequenter conversantur, aut ibidem venenatæ herbæ oriuntur, his signis præcognoscere poteris; & venena suspicari antequam assumantur, te assumpsisse dignosces, si dispositiones aliquas naturæ limites excedentes in te noveris, & dolorem capitis intensum, nauseam, vomitum, stomachi pũcturam, inappetentiam, vertiginem, & hujusmodi signa excedẽtia, si horum præsertim causæ non pręcesserint. Narrat enim Galenus lib. 7. de Locis affectis, quòd ita discernes eos, qui venenum assumpserunt, ab his, qui aliundè affecti sunt. Nam dicit ipse, si quem suaptè natura probis succis abundantem, ac sanorum more educatum, repentè esse moriturum videris, deinde corpus, aut diffluens, aut nigricans, aut varium, aut livens, aut pro marcore fœdum, molestumq; reddit odorem, hunc lethali veneno potionatum esse indicium est. Si autem in animo fuerit discernere ex signis venena, quæ sunt ex metallis, aut ex herbis, aut ex animantibus, ita dignosces: metallica enim ardorẽ, acredinem, siccitatem, corrosionem, & dolorem in ventriculo inducunt, alia autem caliditatem, aut

excedens frigus, inducẽdo καρὸς id eſt, ſubet magis quã ſymptomata venenorum in alium ingeret, quàm aliorum, licet non ita citò interficiant, quemadmodum animalium venenatorum ictus, & ſymptomata. De præcautione verò ita agẽdum eſt: Præcautio nil aliud eſt quàm præſervatio, teſte Galeno, ne quis in eiuſmodi affectus incurrat. Quare qui in ea ſuſpicione ſunt, totis viribus conari debent, antea quam menſas aut dapes petant, coram ſuis ferculis & potibus, res foris venenum diſcernentes, ſi ad fuerit, in menſa tenere; hac enim ratione ſe quis tutum, ac incolumem præſervare velit. Quæ autem venenum præſens nobis ſua proprietate demonſtrant, hæc potiſſimum eſſe dicuntur; cornu ſerpentis ac lapis praſiius, ſtatim præſente veneno nitorẽ amittunt, ſi autem auferatur venenum nitor redit. De hoc lapide Albertus ille Magnus in 2. de Minerabilibus capite quidem 14. fidem facit; hic idem reperitur in epiſtolis Æſculapij philoſophi ad Auguſtum. Alexander quoque Magnus hoc lapide ſub cingulo in prælio utebatur, ob ſpem victoriæ, cumq; ab Indis & Perſis victor rediret, & abluere ſe in Euphrate flumine tentaret, depoſito cingulo caſu quodam ſerpens dentibus lapidem præcidit, & eum in Euphratem merſit; qua de re

praſſij

ſcribunt Ariſtotelem in libro Reptilium retuliſſe, qui liber nōdum ad nos pervenit. Alij quoque ſcribunt bufonis lapidem in annulo perforato, ut carnem tangat, geſtatum, præſente veneno miro quodam modo cōtactam calefacere. Hoc indicio venenum præſens dignoſcitur, ſed hoc rarenter reperitur, ideò ſibi quisq; alio præcavendi modo conſulat. Lapis etiam draconitides, qui in capite veteris draconis reperitur, venena omnia, ſerpentū præcipuè, fugat, ut Albertus ille Magnus teſtari non deeſt. Item ſcribunt Magorum auctoritate adamantem in ſiniſtra parte geſtatum, ut carnes tangat, valere contra venena; idem de agathe lapide ex auctoritate Ariſtotelis dicitur. Hyacinthum, ſapphirum, maximè cōtra toxicum, Conſtantinus Africanus capite de incantatione & ſuſpenſione omnibus prætulit. Itidem ſmaragdus præſtantiſſimus cujus obtutum oculi fixè ipſum intuentis, eliquantur, ſi in menſa retineatur, venena debilitat, & ſuſpendit, ſi in ore contineatur, virus amittunt, Antonio Guainerio auctore. Conciliator multa de ſerpentarij imaginibus miranda protulit, quæ ipſum potius magicum quàm medicum in ea tractatione prę ſe ferūt. Cornu cervi maximè valere ad avertenda venena, libro 4. hiſtoriarum narrat Ælianus;

Reges quoq; Indorum in aſini indici corni-
bus potare conſueuiſſe, quòd certa experien-
tia didiciſſent, adverſus pleroſq; graviſſimos
morbos, & aduerſus venena maximè valere.
Hieronymus verò Mercurialis medicus no-
ſtra hac ætate perilluſtris, libro 1. capite 17. fe-
rè omnia animantium cornua adverſus ve-
nena aliquã vim habere teſtatur. Quod for-
ſitan veteres id conijcientes in cornibus po-
tare conſueviſſent paſſim in convivijs apud
Homerum videre eſt, & apud Plutarchum in
vita Pauli Æmilij, apud Xenophontem lib. 7.
expeditionum Cyri, & etiam Ælianus libr. 6.
meminit. Clariſſimus Auctor Mercurialis cõ-
trarium ſibi aſſerere videtur, ubi in totum hãc
facultatem Galeni auctoritate à cornibus re-
ijcit. Sed incunda mihi ratio eſt, qua virtus
cornigerorum animantium innoteſcat, &
nos á veneno tutos reddat. Animãtia omnia
cornigera, quæ aut inſectis, aut venenatis
herbis, aut animantibus, alijſq; venenoſis ci-
bis utuntur, propterea quod cum iſta venena
ſint cum parte alimentali, qua præcipuè nu-
triuntur, venena verò quibus, aut à natura, aut
conſuetudine aſſuevere tranſmitũtur ad par-
tes excrementales, aut ad vngulas, aut in la-
pillos concreſcunt, in ſenio verò in omnibus
excrementis naturæ notis, nobis verò inco-

gnitis,

gnitis, & propterea fiunt cornua, ungulæ, & lapilli, quæ vim habent maximam adverſus omnia venena, quoniam ob ſimilitudinem ad ſe trahunt venena, cum ſicca & rara ſint cornua & ungulæ, & quoniam ob contrarietatem, quam habent cum humano corpore, vino permixta, facilè vomitum parant, proinde in cornibus antiqui Reges potare conſueverãt. Lapis in oculis cervorum in ſenectа concreſcit, quoniam toto vitæ ſuæ ſpacio olfactu, è calore, è terra ſerpentes evocantes cervi ipſis veſcuntur, & cum ſiti vexentur ingenti, ad fontes præcurrũt, in aquiſq; diutius verſentur, lachrymæ ipſorũ, quaſi oculorum profluvia fiunt, & in lapidem obdureſcunt, quæ adverſus venena & venenatos morbos, ac in peſte miro ſunt auxilio. In corde quoq; ejuſdem etiam os naſcitur, ad eadem efficax. Pariter lapilli in Bubone, & piſcibus ferè omnibus naſcuntur miræ efficaciæ, in gallis, & in avibus præcipuè; in hominibus multis in locis inveniuntur, in renibus, in veſica frequẽtiores. Ungulæ Aſini, & Alcis, & Onagri, & aliorum animantium mirificas adverſus morbos vires habent, & cornua omnium Vnicornium. Paraſippi Arabici maris piſcis dente tacti, ſi ejus cornu maduerit in aqua per ſeptem dies, deinde potent, ſtatim tacti

conva-

convalescunt, ut Teethetus Gallus testatur, pariter etiam alterius animantis Caubore nominis Vnicornu meminit, & in censu reliquorum Vnicornium sunt. Sed si quispiam sumptionem veneni suspicatur, ut ad rem redeam, condita edulia, epulas, quæ uni afferuntur evitet, Dioscoridis consilio, omnique intensa saporũ qualitate, dulcium, salsorum, aut acrium, abstinere oportet; ne sitibundus affatim bibat, aut esuriẽs voraciter comedat; ad saporem diligẽter attendendum est. Quod si quis modica fruitur valetudine, omninò vitet potiones auxilij gratia dari solitas, quas improbi venefica molientes offerunt. Caveat præterea quilibet in loco ferarum pleno dormire, ubi potissimum salamandra, scorpio, phalangia, aut serpẽtes abundẽt, ut Dioscorides dicebat. Alia etiã superest expeditior via, ut suspiciosi aliqua præsumant, antequam ad cibos se accingant, quæ venenorum vim hebetent & irritam reddant. Ejusmodi est medicamentum, quod fit ex ficubus & nucibus, ruta & sale, quod non solũ animantium ictus, secũdum Rasin, dicta nocere prohibet, verùm adversus omnia venena ex Mithridatis Regis experimẽto summopere valere certum est. Si quis ante cibum præsumpserit semen citri saccaro sine cortice obvolutũ, mirificum

Q est, nec

eſt; nec deſunt ſalutares herbæ, quibus mortalium genus, & contra hæc mala, & alia innumera juvari poſſit, veluti polium, diptãnus, ariſtolochiæ, helenium, vincetoxicum, hypericon, betonica, chamæleones, anchuſa, pentaphyllon, ſmyrnium, eryngium, abrotanum, chamæpitys, ſiſymbrium, ſertula campana, echion, ſivè pulmonaria, terra Lemnia, ſcordium, bolus Armenus, halicornu terræ, antidota etiam ex vino ſumpta, theriaca, mithridatũ, quo Mithidates Rex utebatur quotidie, reliquaq́;, quæ multa ſunt. Jam in comuni curatione in eos, qui venenum aſſumpſerunt verba agemus. Quoniam dum comites, ut Dioſcorides aſſerit, ſingulorum notę exſpectantur, immedicabile venenum redditur, & pauliſper neglectum medicamentis ægrè cedit; Ideo non abſurdum eſſe exiſtimavimus, in univerſali prius (ut peritorum mos eſt) de venenorum curatione ſermonem habere. Nullum igitur magis invalens omnibus auxilium excogitari poteſt, quàm ut è proximo loco foras virus exhauriatur, priuſquam invaleſcat. Quare ſi venenum per os aſſumptum fuerit, illicò ex Galeni opionionẽ ciendus eſt vomitus. Oleum igitur calidum abſq; mora ex aqua, aut ſeorſum, aut vomere quãtitatem exhibere oportet; vomitus enim

non

non ob id modò quod evacuet, & noxium humorem excernat, juvamentum affert, sed quod assumptum virus nõnunquã odore coagulatis globis aut colore prodat. Quòd si oleum ad manus non sit, aqua calida detur cum butyro, aut lini semine, aut malva, aut fænu græco, aut urtica; non solùm enim hæc nauseam, aut vomitum irritabunt, sed aluum quoque subducent. Cumq; multoties vomitum irritaveris, pete antea ab infirmo, an in ventriculo, vel in abdomine æstuationem, sivè corrosionem aliquam percipiat. Quod si cõtingat, illicò clysterem immittito, ut vẽtrem solvat, si verò in ventriculo corrosionem persentiat, pharmacum laxativum ei exhibẽdum. Quòd si æger paulum quieverit, judica eum convaliturum; sin minus, quin imò decidat in deterius, & sæviora eum vexent symptomata, vel rubedo faciei, angustia spiritus, inquietudo magna, sitis vehemens, oris fætor, somnus gravis, venarum tumor, syncope, virtutis dissolutio, tunc judicabis eum omninò interiturum. Cõmunis autem modus curãdi, qui à virulento tacti sunt, est ille, quem docet Galenus in 13. Artis curativæ distinct. 2. capite 3. ubi scribit: quando in fera pungente qualitercunque vel mordente dolorem fieri cotigerit, duplex erit curationis scopus; vel venenũ

evacuare, vel alterando corrigere, quādo dolorem excitat, evacuare quidem per ea decet, quæ vehementer attrahunt, pharmaca; alterare vero per contraria vel ſecundum qualitatem, vel ſecundum totam ſubſtantiam. Demùm inferius ſubdit: evacuant quidem omnia quæ calefaciunt, & quæ ſine calefactione attrahunt vehementer, quemadmodum ſitie, & quædam cava cornua, quibus, ut cucurbitulis, quidam utuntur; quidam autem per ipſum os venenum trahunt ore & labijs; quidam cauterijs utuntur, actuali aut potentiali. Hæc igitur omnia evacuant, & ſubſtantiam totam maleficam educunt. Aliud autem genus eſt auxiliorum alterantium qualitatē, per contrarium, ſi quidem calorem, laborem ſentiat vehementem, aut ſecundum ipſam, quæ demorſa eſt, particulam, aut ſecundum totum corpus, quæ infrigidant pharmaca afferemus; ſi verò frigiditatem, quæ calefaciūt. Hic verus eſt modus virulētos ictus medendi, quem Galenus à Dioſcoride ſurripuit libr. 8. ubi diffuſius de communi curatione in omnes virulentos ictus pertractavit. Virulentorum igitur animalium vulnus, cum cujus ſit, ignotum eſt, illicò ea pars deſuper liganda, locuſq; ſugēdus eſt. Sugentem verò oportet jejunum non eſſe, ſed cibum ſumpſiſſe, &

vino os abluere, poſtea exiguum olei in ore continere, & venenum exugere; ſpõgia quoque fovendus, cucurbitulaq; vehemẽter ignita, ſcarificato vulneri loco percuſſo, applicetur, venenum intus exiſtens citius exhauritur. Expertũ eſt etiam admodùm prodeſſe, ſi natura loci neget cujuſcunq; generis remedia, quòd pars icta in fovea ſub humo contenta detineatur per aliquot horas, adeoq; vndiq; eam tangat humus, ac inſuper, quæ plurimũ eijciatur; ſuperioribus enim annis id Patavij fuiſſe expertum audivimus. Non deſunt alia plurima remedia, ſed hæc de comunibus auxilijs ſatis ſint. Nunc de peculiari viperæ curatione eſt agendum.

## DE CVRATIONE *ictus viperæ.*

### CAP. XXXII.



SERPENTVM morſus citam expoſtulant curationem, quamvis in ea Antiqui plurimum evacuãt, ut in ſingula anguium genera ſingula remedia præciperent, atq; alijs alia, ſed in omnibus eadem maximè proficiunt. Imprimis igitur ſuper vulnus membrum vinculis conſtringendum eſt, non tamen ni-

mium vehementer, ne torpeat, deinde ſtatim venenum extrahendum eſt; ſi locus feret, cucurbitula id optime præſtat, neq; alienum eſt ante ſcalpello aut ferro inciſorio circa vulnus incidere, quo plus vitiati jam ſanguinis extrahatur; ſin locus non ferat, ſcarificetur tãtum vulnus latius, & deplumata galli aut gallinæ cauda ſuperimponatur ut attrahat; vel ſi homo adſit, qui vulnus exugat, neq; Hercules ſcientiam magis præcipuam haberet, ut hi, qui Pſylli nominantur, ſed audaciam tantùm uſu ipſo confirmatam; nam venenum ſerpentis & alia venena, quibus Galli præcipuè vtuntur non guſtu, aut ſuctu, ſed in vulnere & ulcere nocent, ideoque colubra ipſa tutò eſtur uſus ejus occidit non caro, & ſi ſtupente ea fugere. Quod etiam per medicamẽta circulatores faciunt, in os digitum ſi quis indiderit, neq; percuſſus eſt, nulla in ea ſaliva noxia eſt. Ergo ſi quis exemplũ Pſylli ſequutus id vulnus excuſſerit, & ipſe tutus erit, tutum hominem præſtabit. Illud ve interea inprimis ſivè ante attẽdere debetis, ne quod in genis Plato aliave parte oris ulcuſcula habeat; poſt hæc, hic homo calido loco collocandus eſt, ſic, ut id quod percuſſum erit, in inferiorem partem inclinetur. Si neq; qui exugat, neq; cucurbitula eſt, aut Gallus implumis:

mis; ſorbere oportet jus anſerinum, aut quod magis placet, anatrinum, vel agninum, aut vitulinum, & vomere cum galli ſtercore; aut vivum gallum per medium ſtatim dividere, & protinus calidum ſuperponere vulneri, ſic ut pars interior vulneri jungatur. Idem agnus & hædus præſtant catulus, calida ejus carne ſtatim ſuper vulnus impoſita. Sed ſi, ut dictũ antea à me eſt, Viperæ caput, vel Iecur cum felle, vulneri imponatur, quadam naturę lege vel conſenſu venenum ad ſe retrahit; nam reliquæ partes viperæ, quæ intus aſſumptæ, per extima ad cutim expellunt. Præſensq; in aliquo antidoto præſidium eſt, vel theriaca Andromachi, vel alia, quæ infrà proponuntur, vino vel aqua vitæ neceſſe erit exorbere, vel cum pipere, ne humorem intus coire patiantur: maxima enim venenorum pars frigore interimit. Omnia etiam urinam moventia, quia materiam extenuant, vtilia ſunt. Licuit hujus à Cornelio Celſo curationem mutuari ex lib. 5. Earundem quoq; libro 6. meth. med. capit. 10. Actuarius inter tumores præclariſſimè inſtituit. Galenus libr. 6. de ſanitate tuenda, & 2. de Antidotis, Apollodori contra viperam antidotum præponit, & alterum Cæſari à Galeno exhibitum, & tertiũ ruſtici medici. Lib. 9. de ſimplicium medicamentorum

facultati-

facultatibus ophytem lapidem suspensum sanasse scribit. Libro 3. de Locis affectis Medicamentum ex Viperis propinat. Antipharmacum Heraclidis lib. 2. de Antidotis commendat. Dioscorides proprijs libello & capitibus integram curationem absolvit. Fraxinus suo odore serpentes fugat, uti Plinius asserit; fraxinella, quæ diptamnus albus ab Arabibus dicebatur, pariter fugat odore, sic galbanum, sic sulphur incensum. Q. Sereni Medici Poëtæ singularissimi in cõmuni serpentum curatione, sic his carminibus succurrit cantus:


*Cuspide non quisquam longa neque cede sarissæ*
*Fulmine non gladij, volucris non felle sagittæ,*
*Quam cito vipereo potis est affligier ictu.*
*Quare aptam dicamus opem succosq; medentes*
*Cui nocuit serpens (fertur caput illius apte*
*Vulneribus jungi) sanat quæ sauciat ipsa,*
*Vtq; sarissæa curatus Telaphus hasta. &c.*

*Libro 7. Cap. 2.* Crates Pergamenus, referente Plinio, in Hellesponto circa Parium genus hominum fuisse tradit, quos Ophiogenes vocat, serpentum ictus cõtactu levare solitos, & manu imposita venena extrahere corpori. Varro etiam nunc esse paucos ibi, quorum salivæ contra ictus serpentum medeantur, & Viperas horum saliva interfecisse creditur, quod perperam in omnes transferre volunt. Similis in

Africa

Africa gens Psyllorum, ut Agatarchides scribit, à Psyllo Rege dicta', cujus sepulchrum in parte Syrtium majorum fuit. Horum corpori ingenitum, ut quidam volunt, exitiale virus fuerat, serpentibus noxium, ut cujus odore sopirent eas. Mos quoq; eis fuerat liberos genitos protinus obijciendi sævissimis earũ, eoq́; genere pudicitiam conjugum experiendi, non profugientibus adulterino sanguine natos serpentibus. Hi ipsi Psylli & Marsi olim reliquarum Venena terrarũ invehentes quæstus sui causa peregrinis malis implevere Italiam totam omnibus pessimis feris, serpentibus. Hæc sunt quæ ex antiquitate Viperino ictui collatura præcipuè colligere existimavi; & hunc finem operi imponam. modò plus mali à pravis hominibus cervici nostræ nobisq́; impendere, aut instare, quam ab ipsis Viperis, quæ miro auxilio esse possunt. Deo optimo maximo referatur gratia, & nomini ejus perpetua comes gloria, humano generi pax & sanitas.

FINIS.



# INDEX RERUM NOTABILIUM, QUÆ IN HOC OPERE CONTINENTUR SECUNDUM ordinem alphabeticum dispositum.

## C.

D.



E.



Falsum

ctura

T.



V.

*FINIS.*

Joe Met